Digitized by Google

Digitized by Google

FEDERICI
BORROMÆI
CARDINALIS, ET ARCHIEPISCOPI
MEDIOLANI

DE
CHRISTIANÆ MENTIS
IVCVNDITATE
LIBRI TRES.



MEDIOLANI M.DCXXXII.

CONSILIVM
MENS QVE
AVCTORIS
EX LIBRO
MEDITAMENTORVM
LITTERARIORVM.

VALDE mihi venit in mentem vereri, ne Libros huiuſmodi abſoluere non poſſim, licet rerum ipſarum capita, & ſummam, vtilitatis meæ cauſa colligerem, atque prępararem. Nam cùm anguſtiæ propemodum innumerabiles cingant eorum animos, qui verſantur in hoc Paſtorali munere; neſcio quibus verbis, quove ſtylo poſſit aſpergi Voluminibus iucunditas, & lætitia, cùm intimis ſenſibus foueantur mœror, & dolor, & curæ triſtes. Etiam in Baſilij, Gregorijque Nazianzeni, & Athanaſij ſcriptis admodum exigua reperiemus ſigna lætitiæ, multa verò lacrymarum, & mœroris. Minimè tamen deſpero ego poſſe argumento huic aliquem exitum inueniri, dum ſcilicet pias mentes horta-

2 bor,

Digitized by Google

bor, vt exhilarentur in Domino, triſtitiamque deponant. Ita nimirum fiet, vt Liber ipſe conſcribatur, non quidem lætante me, ſed alios ad lætitiam inuitante.

LI.

Digitized by Google

LIBRI PRIMI CAPITA

Operis Argumentum. Caput I. 1
Quos alloquatur Liber iſte. Caput II. 2
An verè dicatur, perfectiſſimum quemque eſſe ſolitarium. Caput III. 4
De Colloquijs interioribus. Caput IV. 7
De Cauſis Diuinæ familiaritatis. Caput V. 11
De Exceſſu ſiue abundantia feruoris Diuini. Caput VI. 14
De Diuinis iocis. Caput VII. 18
Fugiendam eſſe curioſitatem, atque temeritatem. Caput VIII. 23
De Cæleſti riſu. Caput. IX. 26
De Auctoritate, ac fide Auctorum, qui citentur. Caput X. 28
De Cibo Cæleſti. Caput XI. 29
De annullis quibuſdam, & floribus. Caput XII. 31

LI-

LIBRI SECVNDI

CAPITA

Libri huius ſecundi argumentum. Cap. I. 37
De Contemplatione rerum naturalium. Caput II. 39
De Bonitate ipſarum. Caput III. 42
De Magnitudine rerum. Caput IV. 44
De Numero. Caput V. 46
De Perenni rerum vita. Caput VI. 51
De Efficacia, & virtute. Caput VII. 55
De Ordine, ac modo, ſiue menſura. Caput VIII. 57
De Prudentia, & ſapientia. Caput IX. 62
De Pulchritudine, & ornamentis. Cap. X. 64
De Libris Canticorum. Caput XI. 67
De Sancti Ioannis Chryſoſtomi meditamentis. Caput XII. 71
Sancti Gregorij Nazianzeni meditamenta. Caput XIII. 74
De Locis amœniſſimis. Caput XIV. 81
De Geſtiente animalium lætitia. Cap. XV. 88
Res creatas neque occaſionem, neque inſtrumenta mœroris eſſe homini. Caput. XVI. 94
De Solitudine. Caput XVII. 97

LIBRI TERTII

CAPITA.

Argumentum huius Libri. Caput I. 103
De Lætitia nonnullorum. Caput II. 104
De varijs honeſtæ lætitiæ cauſis. Cap. III. 108
Decora, & honores, quos ſacræ Litteræ iuſtis aſſignant. Caput IV. 115
De Angelorum præſentia. Caput V. 120
De Sanctis Tutelaribus. Caput. VI. 124
De Infirmitatibus. Caput VII. 128
Nomina, quę diuinis hominibus obtigere. Caput VIII. 130
De Nonnullorum corporum pulchritudine. Caput IX. 133
De Singularibus alijs donis. Caput X. 135
Quibus ſit amabile mori. Caput XI. 137
De Angelorum poſt noſtram mortem officijs. Caput XII. 138
De Iucundiſſimo nonnullorum obitu. Caput XIII. 140
Præcipua quædam æternæ vitæ. Caput XIV. 144
Quæ cauſæ fuerint talia conſcribendi. Caput XV. 147



Digitized by Google



FEDERICI BORROMÆI

CARDINALIS, ET ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI

DE CHRISTIANÆ MENTIS IVCVNDITATE

LIBER PRIMVS.

OPERIS ARGVMENTVM.

Caput I.

V*OS, pij homines, et chara Deo pectora, ſermonibus quibuſdam alloqui meis nunc volo, vt animi veſtri ſpiritus, eodem fauente Deo, iucunditate perfundantur, magiſque ac magis exuant vanos*

Digitized by Google

affectus, et inanem præcipuè lætitiam, doloreſque ſuperuacaneos, et pares metus; quas vtique perturbationes veſtra ſponte defugituros eſſe confidimus, dum obſcura hac mortalis vitæ itinera premitis et calcatis. Vos, inquam, alloqui propoſitum eſt, qui ſolitariam agitis vitam;
Cant. cap. 7. u. 11. *quibus clauſtra domicilium præbent; qui camporum ſpatia pererratis; quibus patria ſolitudo eſt;*
Iob cap. 24. u. 8. *qui iuxta ſcopulos et cautes tecti iucundiſſimè habitatis, incolæ nemorum; ſerui ſimul, et liberi;*
Thren. ca. 3. u. 28. *vincti, et ſoluti; ſedentes, et fugitiui; diuites,*
Iob cap. 39. u. 8. *et nudi; qui ſalſas vndas, ceù dulcis aquæ ſcaturiginem, hauritis; quos diuina manus munere*
Cant. cap. 8. u. 5. 8. *ſingulari deduxit in auia, & deſerta, et intra receſſus intimos, ibique ſuauibus epulis pauit, et cæleſtibus doctrinis erudiuit.*

QVOS ALLOQVATVR LIBER ISTE.

Caput II.

SED cùm tales ſitis, hoc eſt felices, et quaſi ſupra faſtigium humanæ conditionis euecti, et prope extra rotam turbulenti motus, quo circumaguntur humana hæc; quibuſque manna
Pſalm. 77. u. 24. *defluit è Cælo, quorum menſis venti ipſi epula-*
Ibid. 77. u. 26. *rum copiam inuehunt, quomodo tandem ſolatia*

hæc

ſolatia hæc noſtra deſideratis? Fieri ſanè poteſt hoc, vt ſolatia eiuſmodi minimè deſideretis; atque ideo arbitror, commodè eſſe me facturum, ſi tum in Operis Inſcriptione, tum in Opere ipſo ſolitarios alloquar etiam illos, qui vitam degunt in ſtrepitu vrbano, et in media hominum multitudine. Quos autem ego ſolitarios deſignem, et quomodo id fieri poſſit, mox planum fiet. Atque ſic agendo, defungar eo propemodum munere, quo probi homines antiquæ legis temporibus defuncti fuere, dum populus captiuitate Babylonica detineretur. Tradit enim Origenes, inſtitutam fuiſſe libri Iobi lectionem in omni publico cœtu, vt ſolatium afferretur captiuis; Moyſemque ipſum in Ægypto commorantem Hebraicè conuertiſſe librum illum, vt recrearentur eorum animi, quos violentia Pharaonis iugo ſeruitutis premebat. Apud eundem Origenem eſt, eiuſdem libri recitationem, ob eaſdem fortaſſe cauſas, fuiſſe ſolennem per templa ieiuniorum diebus, et dum Christi Saluatoris Paſſio recoleretur. Atque bonorum illorum lachrymæ repræſentatæ ſunt verbis etiam illis, quæ mœſto concentu protulere, cum ita lamentarentur; Quomodo poterimus lætum vllum canere carmen in terra aliena? In ea ſiquidem, tamquam

Origenes lib. 1. in Iob ei adſcripto.

Pſal. 136. u. 4.

A 2 pere-

peregrini et aduenæ, viuebant ſolitarij, cùm fugerent congreſſum omnem Babyloniorum, et ab ipſis viciſſim fugerentur.

AN VERE DICATVR, perfectiſſimum quemque eſſe ſolitarium.

Caput III.

A*TQVE iſti moribus ſuis repræſentant perfectiſſimum quemque, et ſanctiſſimè agentem; quandoquidem dicere poſſumus, omnes eſſe verè ſolitarios, licèt apud vulgum imperitiorem minimè tales videantur, dum ſcilicet vagi per vrbes errant, conſuetudineque multorum vtuntur, & fermè nihil à communibus mortalium inſtitutis diſcedunt. Ad pios igitur ſacerdotes et timentes Deum, ad curatores animarum, ad contemplantes, ad eos, qui pœnitentiam agunt, verba hæc mea ſpectant, etiamſi ſolitarij neque videantur, neque exiſtimentur. Atque id rectè, et ordinè fiet, quippecùm eorum ſolitudo declarata ſit illis locis, quibus deſcribuntur vtì verſantes in Cœlo, vtenteſque Mundo, tamquam non vterentur, neque Terrarum eſſent incolæ, neque ciues. Sed nonne*

Ad Philip cap 3. u. 10.
1. Ad Corinth. cap. 7. u. 31.

ne

ne vita ipſorum omnium deſcripta eſt ſub perſona ſolitariorum, cùm ita dicatur, indignum fuiſſe Mundum, qui tales incolas haberet; ideoque eos abijſſe in ſolitudines, et cacumina montium, et in antra, ſqualidaſque cauernas, et ſpecus? Ac nonne deſignantur vnà cum illis Chriſtifideles omnes, et quicumque altè ſenſerunt, et egere, et maximè quique amici Numinis æterni? Planè deſignantur. Qui fideles Dei ſerui cùm tales ſint, frænare debent et comprimere ſenſus omnes, interioremque vim animæ, et externum corporis motum, ita vt magna ex parte ſe ipſos eiuſmodi motibus priuent, neque ament, neque oderint, neque ſperent, neque concupiſcant, præter admodum pauciſſima, quæ ſub oculos cadunt. Quæ ſeueræ leges videntur ipſis concedere liberum tantummodò Cæli conſpectum, hauſtumque aeris, fugereque, et abſcondi, neſciri pariter, et neſcire, atque, vt ita dicam, repudiare omnia, quæ ſe ſe blando adſpectu offerant. Atque talium vitam nonne ſolitariam, vel potiùs ſilueſtrem dicemus, etiamſi in media vrbana frequentia degeretur? Ac dum viuunt ipſi tantummodò ſecum, tum operum ſimilitudine, tum animi, ſenſuum, et exquiſito amicitiarum delectu, nonne cogentur eſſe ſolitarij, Ad Hebr. cap. 11. n. 38.

quan-

Digitized by Google

quandoquidem tam exiguus reperitur eorum numerus? Tam exiguus, inquam, vt bonus ille philoſophus poſſit iterum exiguo laternæ ſuæ lumine pererrare plateas, et vias, exquirendo talem aliquem vnum? Volo igitur ego alloqui vtrumque ſolitariorum genus; et vtrique populo meà dicta, ſicuti quidem ego exiſtimo, apta et accommodata erunt. Ac primum omnium ſic dico, magnopere ipſis eſſe lætandum, et exultandum, cauſamque cur lætentur, et exultent, ipſis eſſe magnam, et grauem; ac niſi lætentur, affici iniuria ipſos à ſe ipſis, Diuinamque bonitatem, et magnitudinem, cui aſſiduè inſeruiunt, et cui ſummopere chari ſunt et iucundi. Atqui bonitas huius ſummi Principis, ac Domini vel inde cognoſcitur, quòd tam familiariter, et intimè tractat ipſe ſuos hoſce amicos, & filios. Ac ſi ita comparatum eſt, vt nutu vnico, et radio beneuolentiæ, quo Regum aliquis ſuos intueatur, diſijciat omnes tenebras, horroremque mæſtitiæ, qua occupari poſſent animi; quomodo tandem poterunt ſerui iſti Dei hærere in caligine obſcuræ noctis demerſi, dum tota ſe ſe Cæli ſerenitas illis aperit, Solque diuini amoris, nullum propè radium abſcondit, et fons ille lucis inexhauſtus, ſicuti poſteà videbimus, aſſiduè in eos ſpargitur at-

que

que effunditur? Hæc autem diuini vis amoris tam copioſè dilatatur circa pectora hominum, vt ferè incredibilia ſint ea, quæ de eiuſmodi re dixere nonnulli, qui accenſa verba diuini amoris audiebant reſonantia in pectoribus ſuis clariùs, quàm ſermo ille, qui corporis auribus percipitur.

DE COLLOQVIIS interioribus.

Caput IV.

REFERO ego, *Beatam Angelam Fulginatem, quæ fuit alti ſpiritus femina, vixitquè anno milleſimo tercenteſimo, quo tempore Clemens Quintus Eccleſiam obtinebat, narrare de ſe ipſa, quemadmodum in itinere quodam ſenſit ſe inuſitata quadam ſuauitate delibutam, audiuitque vocem, quæ interiùs animum ipſius alloqueretur, atque ita diceret; Sum ego Spiritus Sanctus, qui ad te deſcendi, vt animo tuo afferam eiuſmodi ſolatium, quale guſtaſti numquam. Eademque Spiritum hunc eundem familiariſsimè colloquentem ſecum audiebat, atque inter alia multa, ſic aliquando dicentem; Filia mea longè ſuauior mihi, quàm ego tibi;* Trac. 3. Viſione 1. in eius vita.

tibi ; templum meum ; dilecta mihi ; tibi annulus amoris mei datus eſt , mihi oppignerata es, ita vt amplius à me diſcedere non poſſis. Poteſt ne ſuauius dici quidquam ? Sed ſciendum eſt , horum verborum ſuauitatem extrinſecam , vt ſic appelletur , nullam ferè eſſe, ſi cum interiore ſuauitate comparetur , hoc eſt cum ea, quæ interiore tactu animum afficiebat vnà cum eiuſmodi dictis. Namque poſſumus quidem nos alloqui homines eodem ſono , atque in eundem ſenſum , ſed minimè tamen poſſumus verborum donum proſequi dono alio , nimirum inſtillando ſenſibus audientis nouam ſuauitatem , aliudque longè clarius , et efficacius amoris ſignum. Atque extrinſecum tantummodo verborum ſenſum vt intueamur, audite, animæ contemplantes, Diuinæ Bonitatis alloquium. Audite alloquentem ipſam cum animo humano, atque dicentem, chariorem eſſe ſibi animam, quàm anima ipſam amet. Atqui poterimuſne dicere id ſemper eſſe verum etiam de amore paterno erga filios , ac de tenero amore pleno ſuauitatis, et dulcedinis , et familiaritatis, ac lætitiæ ? Etiam de eiuſmodi amoribus verum eſt id , quod hoc loco dicitur , nempe amari animam à Deo teneriùs , quàm ipſa amet. Quæ ſententia ſi rectè à vobis , planè-

que

quę percepta erit, neſcio quomodo mœſtitiæ reliquias vllas vllo temporis ſpatio retinere poſſitis. Amorne diuinus igitur erga me affabilis eſt, familiariſque, et aßiduè latus: meus verò amor turbatus, et obſcurus, caliginoſuſque, et horridus erit, dum affectuum humanorum perturbatione confunditur, et euileſcit? Atque certum hoc eſſe debet, quotieſcumque noſter amor ita contaminatus ſit atque pollutus, non poſſe fieri, vt talis exiſtat, niſi amor rei, quæ amari non deberet, macularet eum atque contaminaret; namque omne ratione præditum animal naturæ etiam ſponte fertur ad amandum Deum, ſemperque Deus offert ſe ſe animæ, niſi repudietur. Sed quoniam hoc loco mentio facta eſt de annulo, ac de pactione nuptiali, firmoque promiſſo, nolite credere, ſimilitudinibus hiſce ſatis explicatam eſſe vim diuini amoris, quippecum tales ipſæ re vera non ſint, ſed vti meliores, et veræ magis adducantur omnibus alijs, quæ excogitari potuerint ad explicandam eiuſmodi amoris vim atque magnitudinem. Dico igitur ego, vilem eſſe plebeiamque comparationem, ſi cum amore cæleſti conferatur; amaris enim non ſolum amore, quo pater filium amat, et quo ſuam ſponſam coniux proſequitur, ſed amore infini-

tis partibus efficaciore ; nec fermè inter haſce duas ſpecies amoris vlla proportio eſt , ne dum vt æquale eſſe quidquam credamus . Nonne tamen videtur tibi magna res ſpes ipſa , quam iuſtam habere potes , fore , vt ſi Deum amaueris , redamere amore , quo ſponſam amat ſponſus ? Atque dico , fore vt accipias nuptialia dona , annuloſque , et margaritas , quæ non ſolùm pretij maioris erunt , ſed etiam à te pluris fient , quàm Orientales omnes gemmæ . Cùm id aſſequi poſſis exiguo labore , cùmque florida virenſque ſpes eſſe debeat , conſumetur , atque erodetur puſillanimitatis , et mœſtitiæ tabe cor tuum , voleſque marceſcere humili aliquo appetitu , cui remedium nullum extet ? Inſuper operæpretium eſt cognoſcere id , quod eadem Serua Dei ſcriptum reliquit , dum auditas quaſdam ſibi voces referret. Deus humana forma apparebat ei tanta manſuetudine , vt aliquando ſic eam affaretur : Tu es ego , et ego ſum tu ; videbatque oculos illos , et faciem illam tam amœnam , et gratam , vt ipſius animam alliceret , atque complecteretur. Sed quomodo tandem poterunt hæc vera eſſe ? Sancti Pauli verba ad huius loci explicationem ſpectare videntur , dum diceret Apoſtolus , non iam ſe amplius viuere , ſed Chriſtum in ipſo

Trac. 3. Viſione 7. in eius vita.

viuere

viuere. Inſuper transfigurationes, ſiue transformationes illæ animæ in Deum, Deique in animam, immerſioneſque, et infuſiones tantopere celebratæ contemplantium litteris, numquam accipi poterunt in eum naturalem ſenſum, qui verbis ineſt, ſed tantùm ob ſimilitudinem, proportionemque quandam longe petitam, et figuram. Atque ingentia ſunt hæc, quæ ſibi offerri diuinitus inclyta hæc femina ſenſit.

DE CAVSIS DIVINÆ familiaritatis.

Caput V.

AC poſſet etiam hoc loco quæri, curnam Deus tanta affabilitate, colloquijſque inuſitatis, ſe ſe nobis interdum offerat, quandoquidem ſalutis noſtræ neceſſitas nequaquam id poſtulare videatur, cùm etiam alioqui ſalui eſſe poſſimus; atque animas eas, quibus ipſa ſe Diuinitas offert, valde veriſimile eſt, futuras fuiſſe ſaluas, ſi tanta hæc munera non accepiſſent. Quamobrem dicendum eſt, Deum inuſitatis illis modis non ſolum ſalutem quærere noſtram, ſed quærere amoris affectum, velleque vt creſcat, et augeatur; nec ſolùm vt ſalui ſimus ipſi, ſed etiam

Digitized by Google

vt ſummo merito, ſummaque gloria, et amore, et agnitione Diuinitatis id ipſum fiat. Quòd ſi timidi, et puſillanimes, et impliciti ſcrupulis id ipſum cogitarent, intelligere poſſent, Deum maiore affectu, et ſolicitudine quærere ipſos, quàm ipſi eum quærant. Atque cognoſcerent, Deum paratum eſſe ferre ipſis opem, non ſolùm quatenus ſalui eſſe poſſint, et in conſpectu ipſius gratioſi, ſed etiam, vt altitudinem ſpiritus aſſequantur, vtque innumerabilia bona cæleſtia poſſideant. Ac poſſet alia quoque ratio afferri in hunc modum, vt dicatur: ſicuti Deus creauit Mundum tanta pulchritudine, numeroque, et varietate, et arte, vt multò plura protulerit, quàm neceſſitas ipſa hominis poſtularet, cui cætera omnia creata et condita eſſe conſtat: ita in hoc altero Mundo Cæleſtium donorum multa fieri per ipſum, non quia neceſſaria ſint, ſed quia magnitudinem ipſius, potentiamve declarent. Atque ideo voluit ea conſignari litteris, vt extarent, quamuis nemo vti deberet ad eum modum, quo Terrarum Domini non ſolùm vtilitatem, et neceſſitatem reſpiciunt, ſed decorum, atque proportionem alti ſui ſtatus, quò referunt ipſi ſæpè actiones ſuas, nec aliam ferme cauſam intuentur. Sciendum verò etiam eſt, tam facile eſſe

Deo

Deo talia facere, nimirum oſtendere tantam ſuam benignitatem verbis, et rebus, vt nemo reperiatur inter mortales, nullave etiam inter Superos beata mens, quæ facilitate poſſit, et lenitate maiore exequi minimam partem rerum earum, quæ vi potentiaque diuina fiunt. Atque ideo, ſicuti fieret amico iniuria, in quo ſpem magnam collocatam haberes, ſi crederes, non eſſe ipſum facturum tua cauſa minimum quid: ita cauendum eſt, ne tam abiectè de Maieſtate Diuina ſentiamus, exprobremuſve ei quòd ſit parca, et auara rerum ſuarum.

DE

DE EXCESSV SIVE ABVNDANTIA feruoris Diuini.

Caput VI.

MVNERA autem hæc diuina, et alia his ſimilia fermè adiunctum habent feruorem quendam ſpiritus,
In eius vita cap. 7. *qualem Beata Catharina Genuenſis corporis ſenſu percipere ſolita fuit, ita vt torrido corpore reperiretur, nec poſſet cutis ipſa contrectari, et corde follis inſtar anhelabat; ac ſi tale quiddam diutiùs paſſa fuiſſet, credebat ipſa fore ſibi moriendum ob impetum vehementem. Atque ideo ipſa, quæ cum eo voluntatis ardore maxima lumina, reuelationeſque adiunc-*
In eius vita cap. 11. *tas habebat, ita Deum alloquebatur: Videris mihi, Domine, nihil aliud habere negotij, quàm mecum. Quænam ego ſum, vt tanta mei cura*
Cap. 17. *geratur? De eadem proditum eſt, ob nimiam anxietatem ex accenſo intus camino obmuteſcere ſolitam, vel certè ita ſubmiſſa voce loqui, vt ſenſus non perciperetur, crederentque omnes, eam appropinquare morti. Et quoniam nihil remedij inueniebat, profecta nonnumquam in cubiculum, abijciebat ſe ſe humi, ſeque conuoluebat anguis inſtar, haud ſine magnis ſuſpirijs,*
Cap. 17. & 18. *et lamentis. Ideoque tempore procedente, circa*

cor

cor flaueſcente cuti conſpiciebatur; atque interdum admotos ignes minime ſentiebat ob interni ipſius vehementiam. Narrabo praterea rarum quiddam aliud de Ecſtatica, cum qua mihi familiaris vſus fuit. Ea cùm ſeptuaginta annorum eſſet, cogebatur panniculos quoſdam madefacere frigidiſſima aqua, ac deinde illos admouere pectori, atque ita refrigerare aliquo modo cordis incendium, atque hiemalibus diebus colligebat ipſa niuis aliquantum, inuoluebatque panno, et admouebat parti ſiniſtra corporis, vt ſic incendia ſua mitigaret. Dicent nunc tepidi quidam, et frigidi homines, nolle Deum tanta benignitate agere cum ipſis, quantam ipſi cuperent? Dicent, non ſe reperire viam precandi; Deumque ab ipſis abeſſe, neque vnquam vlla ſigna amoris experiri? Hiſce intelligendum erit, vnde id fiat, cùm alioqui tanta in alios affluentia caleſtium donorum redundet; debentque latari affluentia illa, et diuinam benignitatem ſummopere extollere. Quanta ſpes, et quanta fiducia in animis germinare noſtris debet ex conſideratione caloris diuini ſpiritus, quem in alijs ita eſſe accenſum videmus? Non eſt inter humanos amores, nec fuit vnquam tale ſignum immenſa beneuolentia. Atque ſciendum eſt nobis, affectus eiuſmodi non eſſe ita anxios, et

arden-

Digitized by Google

ardentes; quin dulcedinem infinitam adiunctam habeant, quæ modo quodam inuſitato ex ipſa amaritudine naſcitur. Atque de quadam vmbra contrariorum eiuſmodi affectuum profana teſtimonia etiam extant, cùm dixerint Poetæ, amarum et dulce, geluque et flammas inter ſe ſe coniungi, quarum nugarum nimis etiam plena ſunt volumina. Operæpretium eſt audire id, quod ſcriptum reliquit aliqua, cuius mens tota ardebat, nec poterat patefacere cogitationes, quibus nocturno pariter, et diurno tempore angebatur. Infelix meum cor, cui loqui non licet, niſi cùm ſolitarium eſt, ſic illa aiebat. Dulcedines, & amaritudines huiuſmodi ſæpe procedunt eò, vt corporis vires frangant, ſicuti in Vita Mariæ Oegniacenſis Cardinalis Vitriacus tradit; refert enim ſuis temporibus in ſua Laodienſi Diœceſi nonnullas fuiſſe ſanctas feminas magno amore diuino liquefactas, atque languentes, vix vt per aliquot annos è lectulo ſurgere poſſent, cauſamque morbi fuiſſe vehementiam affectus, qua conſumebantur, etiamſi ipſæ diſſimularent. Iiſdem etiam ſapor mellis in ore erat tantus, vt præ dulcedine lacrymarentur. Earum aliquæ magna ecſtaſi detinebantur; et vna viginti, et vnum diem alienata à ſenſibus iacuit immobilis. Aliqua earum cùm in monaſ-

Iacob. de Vitriaco in Prologo.

terio

terio eſſent, non poterant vlla humana violentia clauſtris extrudi, factoque etiam experimento, conatus irriti omnes fuere. Magna vtique ſolatia hæc eſſe credimus menti, quæ talia ſecum ipſa reuoluat; ſolatia, inquam, tantò maiora, quò frequentiùs, non autem ſemel, nec vno vel tempore, vel loco, vel ratione euenere. Quam flammam amoris fuiſſe arbitramur in ea muliere, quæ per viginti, et vnum diem in ecſtaſi fuit? Quo tempore minimè dubium eſt, quin abſque ceſſatione vlla voluntatem, animumque occupatum habuerit. Non vti mortua, ſed viua cæleſti ſpiritu iacuit. Quo diuino ſomno debuit innumerabilia quædam percepiſſe tam ſuauiter, et familiariter, vt nihil in rebus humanis ſimile reperiri poſſit. Ac meminiſſe oportet eius loci, qui de Moyſe extat; Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Exod. cap. 33. u. 11.

Ad eum modum mentes iſtæ cum Deo verſantur non familiariter ſolum, ſed ſanctè etiam, et iucundè.

C DE

DE DIVINIS IOCIS.

Caput VII.

Cant. cap. 2. u. 9. Cant. cap. 3. u. 2. Cant. cap. 5. u. 4. & 6.

AN verò id ita ſe habeat, teſtificantur etiam verba Canticorum pluribus locis, quos ego locos tractare ſuperſedebo; potius autem explicabo id, quod haud ita pridem nonnullis religioſi ſpiritus mortalibus euenit. Ecſtatica quædam, cùm in conſpectu Sanctarum aliquot in Cælum rapta eſſet, vidit eas non diſſimili forma, ac ſi corpus haberent, et quidem tanta pulchritudine et venuſtate, quanta concipi animus poßit; cùmque ſederent in corona, audiuit eas inter ſe dicentes, exaudiri oportere preces ecſtaticæ, quas funderet ad ſalutem animæ vnius, quam magnopere amaret: ac de ea beneuolentia nonnihil inter ſe collocutæ, nullum cum ecſtatica ipſa verbum fecerunt, ipſa tamen totum earum ſermonem audiuit. Ecſtatica etiam alia, cùm aduentum alicuius expectaret, oſtenſam ſibi à Domino imaginem illius vidit, audiuitque ſimul hanc vocem: En hominis illius hæc eſt imago et forma. Magnam etiam admirationem habuere ea, quæ tranſacta ſunt inter Mariam Magdalenam, et Catharinam Senenſem Conuerſam; ac minima pars eiuſmodi

rerum

rerum ad hominum notitiam peruenit. Beatæ item Eliſabethæ Luſitaniæ Reginæ iucundiſſimum illud accidit, vt cùm in veſtis lacinia pecuniæ ſummam in pauperes erogandam ferret, incideret in Regem, à quo interrogata quidnam id eſſet, cum reſpondiſſet ipſa, roſas eſſe, roſæ confeſtim introſpicienti Regi apparuerunt. Verùm in hoc genere maximè mirum arbitror id fuiſſe, quod de Beata Gertruda proditum eſt, de qua Gertruda cùm varia narraturi ſimus, ſciendum eſt, regiæ ſtirpis fuiſſe ipſam, eiuſque memoriam in Brabantia à Neuigellentibus recoli. Virgo fuit maximi animi, & ingenij, naturaque etiam inſtructa muneribus. Huic aliquando accidit, vt cùm valdè fatigata eſſet, opemque diuinam imploraret, alloqueretur eam Dominus hiſce verbis: Sic tecum agam quomodo teneros infantes mater tractat, dum eis blanditur. Atque hæ blanditiæ ferè ſunt eiuſmodi, vel vt incitentur infantes ad ea, quæ vires ipſorum excedant, vel vt voluntas eorundem in varijs rebus exquiratur, vel vt rudis lingua pueri ab ipſa matre meliùs, quàm ab vllo alio intelligatur. Ita Dominus Gertrudæ oſtendit; talibus ſe ſe blanditijs vti erga nonnullos, qui ſibi magnopere chari eſſent. Semel etiam cùm magno mœrore capta eſſet ob culparum ſuarum

In Chronic. Fratrum minorū. lib. 8. cap. 21.

Lib. 3. Inſinuationū Diuinæ Pietatis cap. 30.

C 2 memo-

memoriam, viſa eſt videre Dominum ſe ſe ſubmittentem ſibi, Cæliteſque vniuerſos tantæ nouitatis admiratione commotos, voluiſſe tantæ manſuetudinis actum impedire. Tunc Dominus ita reſpondit: Cogimur hanc ſequi, quandoquidem humilitate tam admirabili ipſa nos trahit. An fortaſſe commouerunt animos veſtros hæc audita colloquia? Num eoſdem ferière? Nunc Canticorum colloquia audite, quæ medicinam

Cant. cap. 4. u. 9. *afferre poſſint huiuſmodi plagis;* Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum. *Quinimmo de Beata hac maiora narrabo; cauendum tamen vtique erit mundanis hominibus, ne impura ſua labra epulis hiſce delicatis admoueant, ſed procul omnino abſint; ſiquidem, quemadmodum initio Libri præfatus ſum, epulæ iſtæ nequaquam ſunt ad eorum palatum accommodatæ. Beata hæc Gertruda vidit aliquando per ecſtaſim Dominum habitu dormientis, neque reſpicientis virginem, quæ effuſis precibus ſupplicabat. Demum amore victa, confugit ad eum, et pedes ipſius exoſculata eſt; tunc ille viciſſim eam amplexus, dixit; ſcito feciſſe me, quod ſagacibus quibuſdam animantibus naturale eſt, vt nimirum ſimulando ſomnum, rapiant alia quædam animalia, quibus alantur. Nonne magnum tibi ſolatium videtur, in eius Domini*

obſe-

obſequio, & famulatu verſari, cuius tanta manſuetudo ſit, vt aliquando hæc egerit, neque ſemel tantùm? Quòd ſi quærat aliquis, quomodo hæc fieri potuerint, id ego explicabo, non exquiſita quadam ratione, ſed quatenus humani ingenij debilitas aſſequi rem poterit. Sciendum Lib. 1. Inſinuat. diuinæ pietatis. cap 4. *igitur eſt, piam feminam Gertrudæ temporibus, dum precationi vacaret, cognouiſſe diuinæ gratiæ exuberantiam, qua Gertruda perfuſa eſſet, cuius rei admiratione obſtupefacta mulier, ſic Dominum allocuta eſt. Quid in hac muliere inueniſti, quamobrem tantopere eam ames? Tunc ei Dominus ita reſpondit: Habet hæc quinque virtutes ſingulari meo munere ac dono. Puriſſima eſt, et humillima, quia nimirum, quò altiùs extollitur, eò magis ſe ſe demittit. Benigna admodum eſt hoc ipſo, quòd ſalutem expetit omnium. Adeſt inſuper fidelitas ei quædam, qua bona ſua cuncta ſincero affectu ad aliorum ſalutem impertit. Demum amatrix eſt noſtri, proximoſque, perinde ac ſe ipſam, amat. Hæc vbi dixit, oſtendit ei margaritam admodum fulgentem, et dixit, ad ſignificationem amoris ſponſæ meæ, geſtabo aſſiduè margaritam hanc iuxta cor meum. Præterea dico ego, diuina dona maximis compenſari ærumnis; et ſicut virtutem ſudore parari Gentiles dixere;*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

dixere; ita munera quædam diuina acquiri tantis laboribus, vt ipſi poſtea teſtificentur apud incredulos id, quod verum eſt, dum ſcilicet Deus diuina ſua prouidentia ordinem demonſtrat. Haud ita pridem cùm alloquerer ego ecſtaticas quaſdam, coniectans id, quod eſſe poterat, petij quo morbo laborarent: vna dixit, laborare ſe febri prope continua; alia dixit, dolere ſibi caput, doloremque eſſe perpetuum. Ac præter eiuſmodi morbos, laborant etiam, Deo ſic permittente, perpetuo quodam metu, ne decipiantur; quo ſanè metu miſerè affliguntur. Cæterùm, moleſtiæ, et timores, et ſpes, et ſolatia alternis accidunt; nam alioqui conſtare non poſſet vita. Quòd ſi etiam admitteremus, huiuſmodi mulieres minimè obnoxias eſſe moleſtijs, atque ſolicitudinibus, fieri deinde non poſſet, vt magnam patientiam, magnamque humilitatem, et magnum Dei amorem, et proximi adeptæ eſſent in otio, ac torpore ſedentes, paceque fruentes cum ſenſibus, et vniuerſo Mundo, et Spiritibus Inferorum.

FV-

FVGIENDAM ESSE CVRIOSITATEM, atque temeritatem.

Caput VIII.

ATQVE id etiam hoc loco monere volumus, vt intelligant omnes, non licere expetere auidè dona ſimilia donis illis, quæ retulimus, quæve referemus, ſed credendum eſſe cuilibet, non fore ſe aptum eiuſmodi donis, et tanto oneri, tantaque diuini amoris fornaci, in qua periculum fieret cordis ipſius, quod ſi minus probi metalli eſſet, diſſolueretur, atque euaneſceret. Quinimmo non videatur leue id, quod nunc dicam, numquam nimirum repertam eſſe, nec fortaſſe poſſe reperiri animam adeo ſanctam, cui viſiones ſemper offerantur, quoties ipſa velit, ſed pro eo contingere ipſi priuilegium aliud, quod maximum erit, ſi rectè adhibitum erit, ei nempe ſemper, et vbique, et varijs occaſionibus, et modis poteſtatem fore colloquij diuini, ſupplicandique Diuinæ Maieſtati, non tamquam abſenti, ſed veluti præſenti. Atque rerum iſtarum omnium tam certa illa eſt, quàm rerum aliarum omnium, quæ ſanctæ noſtræ Fidei legibus continentur. Quæ præſentia diuina elucet deinde in rebus creatis aſſiduè, ac ſe ſe contemplantibus oſtendit.

oſtendit. Nam dum ipſis creatis rebus præſentia diuina ineſt, neceſſariò ineſt etiam eſſentia ipſius, et poteſtas. Atque ideo, dum ignis ardet, et lucet Sol, et planta germinant, ſunt hæc effecta tam diuinæ præſentiæ, quàm eſſentiæ, et poteſtatis. Ac videntur res omnes creatæ, dum agunt, actione ſua oſtendere omnibus ineſſe ſibi præſentiam illam; ſicut homo cùm mouetur, et exercet aliquam vitalem operationem, teſtificatur intuentibus ſe eſſe viuum, et ineſſe ipſi rem eam, quæ motum huiuſmodi efficere poſſit. Quantum igitur ſolatij, quantumve delinimenti ad mala omnia perferenda, quantumve lætitiæ fuerit ex hoc ipſo, quòd mihi ſemper adſit Deus, quodque audiri me ab eo certè ſciam? Præterea, in communi conſuetudine, congreſſuque hominum innumerabilia ſunt ea, quæ ſtudijs noſtris officiant; ſæpeque fit, vt neque bona voluntas, neque purus, innocenſque animus culpa nos liberet. In colloquijs autem hiſce diuinis animum noſtrum Deus intuetur, reſpondetque nobis, et nihil aliud poſtulat, quam id, quod per nos fieri poteſt. Egimus alibi de hac ratione contemplandi diuinam præſentiam in omnibus rebus, atque ideo ſuperſedemus hoc loco plura dicere. Et quoniam audaciam nonnullorum, et temeritatem accuſauimus, redeamus illuc vnde digreſſi era-

mus;

mus ; nimirum ad narrationem donorum alio-rum cæleſtium , quæ ſummam lenitatem , boni-tatemque diuinam erga humanas creaturas de-clarent ; quæ ſi aliud , quàm Deum volunt ; ſi terrena ipſis placent ; ſi videtur illis Paradiſus eſſe vallis hæc obſcura , non ego tales alloquor , poteruntque facilè meos Libros omittere. Sin autem velut peregrini , et pauperes , et feſſi fe-runt lacrymas in oculis , et anxiè circumſpiciunt hoſpitium , in quo capiant extremā quietem , dico non poſſe melius quidquam nuntiari ipſis , quàm hæc ipſa , Deum nempe eſſe benigniſſimum , et interdum dediſſe ſigna , quibus recreari vellet cum ipſis ; maiuſque hoc fuiſſe illud , quòd neque indignatus eſt , neque iniuriam ſibi fieri duxit , ſi ſacroſancta viſiones riſu nonnumquam aliquo iuncta fuere . Forſitan auſtera , rigidaque ingenia erunt , quæ re-bus huiuſmodi abrogent fidem ; verùm hiſce iam nunc aptè reſpondebi-tur.

DE CÆLESTI RISV.

Caput IX.

DICAMVS interea quid ſit riſus iſte totus diuinus, et cæleſtis. Corporis riſus eſt, et riſus etiam animæ; ſicuti corporis fletus, et fletus animi. Neque imaginatione tantum id fit, ſicuti fortaſſe credere poſſit aliquis, aut intelligentis facultatis applicatione, ſed res diuina quædam eſt, diuina etiam virtute effecta, quæ cum noſtro riſu ſimilitudinem quandam habet. Neque ſolùm perfectior eſt, ſed verior etiam, germaniorque riſus. Atque quomodo id fieri poßit, ſumatur argumentum ex operatione ſenſuum corporis in hunc modum. Ecſtatici inter ecſtaſim vident quædam efficaciùs, et certiùs, clariuſque, quàm videantur ea, quæ corporis oculis cernuntur. Ita planè riſus iſte naſcitur in humano animo ex lætitia, naſciturque diuino munere, et verior, perfectiorque riſus eſt, quàm communis ille mortalium riſus. Narrauit mihi ecſtatica quædam grandis natu, et ſpectata eadem ſanctitatis, contigiſſe ſibi, vt inter ecſtaſim tali quadam iucunditate afficeretur. Dixit ipſa: Domine, nihil aliud à te expeto, quàm te ipſum, ſtatimque huiuſmodi reſponſum accepit. Ne ego

quidem aliud à te, quàm te ipſam volo. Tunc illa inexplicabili quadam, et ſimpliciſſima familiaritate hoc dixit: Domine, tu à me dicendi conſuetudinem iſtam accepiſti. Neque vltra reſponſum accepit; ſed tanta ſuauitate riſus interioris delibuta eſt, vt penè moreretur; ecſtaſiſque illa longi temporis fuit. Sed de corporis riſu poſſumusne aliquid in hoc genere afferre? An fortaſſe ab contemplantium mentibus exulat? Beata Catharina Genuenſis interdum riſit inter viſiones tam iucunda alacritate, vt omnia illius membra ridere viderentur. Cumque interrogaretur quidnam rideret, reſpondit vidiſſe facies quaſdam Angelorum pulcherrimas tam puris, et hilaris oculis, vt diuinam illam lætitiam non imitari non poſſet. Atque in aliquo noſtro monaſterio fuit femina, cui Columba nomen, quæ frequentes Angelorum apparitiones, et raptus habebat. Ea cùm aliquid Angelo dixiſſet, audiſſetque reſponſum, ſuauiſſimè riſit. Tunc Angelus ei, quid rides? Edocuitque ea, quæ neſciebat, reprehenſionemque nullam Spiritus ille Beatus adhibere voluit.

In eius vita cap. 50.

DE AVCTORITATE, AC FIDE Auctorum, qui citentur.

Caput X.

PROSEQVENDO *autem diuinorum munerum tractationem hanc, vereor, ne aliqui, licet Deum timentes, & contemplationi dediti, ſuſpicionem aliquam admittant, verane ſint quæ narrata ſunt, etiamſi Auctorum teſtimonia proferantur; dicentque fortaſſe non ità factum eſſe, et deceptos fuiſſe ſcriptores beneuolentia, quam erga ecſtaticas habebant. Timidis hiſce, ſeueriſque ſimul iudicibus reſpondebo, neſcire me quomodo mortalium ingenia potuerint res tantas fingere, atque conferre in volumina, tamque grauiter, et aptè explicare, ſicuti in libris hodie explicata reperiuntur. Id neſcierunt facere profani, Gentileſque ſcriptores, clari ſapientiæ fama, qui fabulas narrando ſuas, cùm eas credi vellent, atque pro veris haberi, referſerunt ſordibus eas, adſperſeruntque ridicula multa, quæ probabilitatem nullam haberent. Atque dicamus, etiamſi ſcriptores quos retulimus, errauerint, mentirique voluerint, et fuerint impudentes, cur non intremuerit Terra, fulgurauerítq; Cælum, dum ſacroſancta myſteria ſic tractarent?*

Atque

Atque Deus ipſe, omiſſa acerbitate pœnarum, dedit fœlicitatem hominibus, qua declarauit, eos charos ſibi fuiſſe; tranquillèque migrauerunt illuc, vbi reuiſerent Beatos ſuos, quos in hac vita reuerebantur, et amabant.

DE CIBO CÆLESTI.

Caput XI.

PROSEQVEMVR igitur, adiuuante Deo, narrabimuſque alia quædam, quæ pertinent ad huius primi libri argumentum. Primumque omnium dicemus, præter terrena ſolatia, et colloquia, conſuetudinemque iucundam, Deum, vt amabiliùs, familiariùſque ageret, per Angelum ſeruæ ſuæ fideli Dominicanæ, cui nomen Beneuenuta fuit, quinque annorum ſpatio cæleſtem cibum candida forma velut ex vaſculo ſuppeditauiſſe, quem cibum ſumendo illa corpus nutriuit. Nata eſt hæc Beata anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, et ſcriptor vitæ ipſius fuit Mutius Sfortia. Atque animaduertatur, inquit ſcriptor ille, fuiſſe ei allatum vas iſtud, et iſtum liquorem, donec ipſa non nutrita eſt alio cibo. Sed poſtquam alia guſtauit, deſijt vnà cum latorè ſuo vas ipſum In eius vita cap. 10.

appare-

apparere. Quod ſæpe fit in ſpiritualibus donis, quæ rariſſima habentur. Nam durant ipſa, donec ſumma neceſsitas durat. Finita neceſſitate, ſtatim cæleſtia munera diſcedunt, neque recuperari amplius poſſunt. Cibos autem hoſce cæleſtes exiſtimandum eſt mannæ inſtar, quod olim cecidit in deſertum, eſſe perfectiſsimi ſaporis, quippe cum perfectiſſimus Deus ſit in omnibus, quæ agit. Ac præterea reſpiciendo virium firmamentum, tanta ſunt virtute, vt minima pars magis nutriat, quàm omnes terreſtres epulæ.

In vita Lyduinæ virg. p. 3. cap. 3.

Atque ideo ea cauſa factum arbitror, vt eremita quidam nomine Gerardus, ſicut in vita Lyduinæ virginis videre eſt, valde pinguis eſſet. Peregrinabatur per loca ſancta partium Orientalium Epiſcopus Anglus haud ſine fama ſanctitatis; poſtquam ad Sinæ Montem, Ægyptumque peruenit, vidit cellulam eremitæ, quæ in medio frondoſæ arboris extructa erat. Atque appropinquans petijt ab eremita, num multò antè ibi habitaſſet, et quo cibo nutriretur, et an ab aliquo inuiſeretur. Tunc homo Dei reſpondit: duodecim anni ſunt, cùm neminem video, hoc eſt ex eo tempore, quo me huc contuli; et ex Cælo mittitur mihi ſuauiſsimus, candidiſsimuſque panis, ſicuti filijs Iſrael manna miſſum fuit. Magnanimus ille ſolitarius ab epiſ-

copo

copo conſpectus fuit pinguiſſimo corpore, ſed vultu ſimilior erat Angelico Spiritui, quàm alicui mortalium. Notitia hominis huius fuit Lyduuinæ Virgini, antequam ſolitudinem peteret: immo ipſa hominem in deſertum miſit; ideoque ſolum ob commercium illud, quo ſancti homines inter ſe ſe coniunguntur, conſpectus ab ea ſæpius fuit modis inuiſibilibus, nihil obſtante longinquitate locorum. Aiebatque Lyduuina tantam fuiſſe pinguedinem corporis illius, vtcitra veſtis oram collum erumperet, ac nihilominus, nec iacere commodè, nec ſedere poterat, ſed totas integras ferè noctes, et dies flexis genibus cernebatur.

DE ANNVLIS QVIBVSDAM & floribus.

Caput XII.

MAGNVM quoque fuit munus illud Stephanæ Soncinati oblatum, In eius vita. *dum ei Deus annulum donaret coram Sanctis aliquibus, eumque annulum plures viderunt, eratque pulcherrimus. Neque ſola hæc fuit per Inſubriam, cui id eueniret, prout vetuſtiſſimi annales habent, qui in monaſterio antiquiſſimo vrbis huius cuſtodiuntur.*

Digitized by Google

tur. In quo quidem monaſterio, anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, fuit Archangela quædam, de qua mira produntur. Et cùm haberet ea quendam ſui ſtudioſum, petijt is ab ea, vt à ſanctiſſima Virgine impetraret, vt ſe haberet in filij loco. Obtinuit ipſa tantum munus: atque, pro ſigno, et monumento, voluit ipſum parare ſibi annulum aureum incluſa petra quadam, & figura, quam ipſa præſcripſit; quem cùm non inueniret ille, incidit in iuuenem gratiſſimi adſpectus, quem antea vidiſſet numquam. Is capta occaſione protulit eiuſmodi annulum; dixitque eſſe venalem, atque ita emptum ille detulit ad Archangelam, quem deinde Archangela ſanctiſſima Virgini oblata temporis opportunitate benedicendum obtulit. Cumque iuueni reddidiſſet annulum, retinuit eum aliquandiu, donec ſcilicet ſanctè, innocenterque vixit. Sed poſtquam ſalutaria inſtituta dedit obliuioni, cœpitque diſſolutè viuere, annulus ei eſt abreptus inuiſibili modo, delatuſque ad Dei ſeruam: atque in hunc diem adſeruatur in monaſterio illo, et per eum annulum multa mirabiliter impetrata ſunt. Quid hoc loco dicere poſſumus aliud, niſi Deum eſſe liberaliſſimum donatorem, eundemque iuſtum Iudicem; neque omittendam eſſe reuerentiam erga res diuinas, etiam ſi aliquis

Digitized by Google

quis multis diuinis muneribus cumulatus eſſet? Suauiſſima verò fuiſſe mihi videtur etiam illa benignitas, quæ per flores, et odores à Deo declarata eſt. Quorum tantum eſt decus etiam inter altiſſima myſteria, vt omnes agri, valleſque, et colles eorum amœnitate conſperſi ſint in Canticorum libro. Floribus autem eiuſmodi adeo delectabatur Beata Ioanna Crucea, vt in monaſterio cum alijs virginibus degens, oraret Angelos earum Cuſtodes, vt ipſarum capita roſis et floribus conſpergerent, quamuis ipſa tale nihil viderent. Credo ego pertinuiſſe hoc ad ſignificandam ipſarum ſanctitatem, benignitatemque diuinam, ex qua bona omnia proficiſcuntur. Præterea ſignificabatur accenſa charitas erga ipſas, honorque, et opinio. Quæ ſignificatione quantopere ſuperantur humani omnes honores, illique etiam, qui per coronas à Romanis Conſulibus, et Imperatoribus manabant? Atque ita coronatæ declarabant, quanti faciat Deus virtutis opera, etiamſi apud obſcura cubilia, receſſuſque intimos nulla fama mortalium luce illuſtrentur. Ita Reginarum inſtar extollebantur ad tantæ gloriæ faſtigium Angelorum manu. Ad eum modum ſancta quædam virgo tota floribus conſperſa eſt anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo. Iuxta Montem Politianum

Antonius Dazza in eius vita. cap. 14.

Laurentius Sordin. in eius vita. cap. 1.

E nata

nata eſt Agnes virgo, cuius vita cæleſtium donorum tum exemplo, tum copia celebris fuit. Ac ſæpe animaduerſum eſt, locum, in quo ipſa precabatur, conſpergi floribus, qui poſtquam ipſa diſceſſerat, piè colligebantur, atque aſſeruabantur. Animaduerſum eſt etiam, veſtem eiuſdem, abſoluta precatione, conſpergi albedine quadam ad niuis inſtar, cùm è Cælo recens decidit. Inde factum eſt, vt gregales ipſius cuperent ſcire quidnam id eſſet, propiuſque accedentes videbant manna eſſe, cuius grana deciderant, et in paruas cruces figurabantur; & aliquando accidit, vt virginum earum vna ſimpliciter excuteret Agnetis peplum, ipſaque humaniſſimè in hunc modum expoſtularet. Ne me priuare velis, filia, reliquijs dulcedinis illius, quam mihi Diuina Maieſtas conceſſit. Videtur mihi virgo hæc dignius accepiſſe munus, quàm vetus ille populus Hebræorum, cùm ei de Cælo pluit manna, ſi conſideremus cibum illum fuiſſe corporibus, hunc autem fuiſſe cibum animi ob ſuauitatem, quam afferrebat ſecum. Exiſtimandumque eſt etiam, omnia eius membra redundaſſe multa ſuauitate ob cauſam eandem.

Io. Brugmanus in eius vita, p. 308.

An autem pabula hæc, et alimenta Dei ſeruorum incomparabilem dulcedinem habeant, Lyduuinæ verbis confirmari poteſt, quæ licet diutiſſimè

ſimè in miſerijs vixiſset, cùm tandem ad vitæ finem appropinquaret, deſtituta fuit ab omni ſpiritus dulcedine, aridaque per multos dies manſit. Atque interea audita eſt, cùm ſic diceret: Si placeret ita Deo, perferrem æquo animo moleſtias omnes, quæ in hac mortali vita ſuſtineri poſsint, vt amiſſa dona, et ſolatia recuperare poſſem. Fatendum vtique eſt, filij hominum, animæque contemplantes, oblectamenta ſpiritus inenarrabilia eſſe. Quod ſi ita eſt, quandiu patiemini cor veſtrum errorum tenebris manere inuolutum, quæ contemplationi ſint impedimento? Quanta erit defatigatio veſtra, abſque hac requie? Silueſtres feræ opaca loca, et ſpecus obſcuros habent ad requiem ſuam, vobis verò nec locus, nec tempus vllum meditandi relinquetur? Credite mihi, non poſſe vitæ huius turbulentiſsimæ æquor enauigari, niſi defixos oculos habeamus in ſtella aliqua itineris duce, quæ ſtella ſimul atque deſijt apparere, de noſtra ferè vita, et ſalute actum eſt. Si acta in tenebris vita, ſi priuatio ſolatij in veſtrarum effuſione lacrymarum, ſi neceſſarij alimenti penuria numeranda ſunt inter ſumma calamitatum humanarum, digni eſtis vtique miſeratione magna, niſi conamini lucem adſpicere hanc, gaudijſque huiuſcemodi, hocque pane Angelorum frui.

Philo lib. de Abraham.

Quæ diuinæ lætitiæ deſignata, vt Philo Hebræus ait, Iſaachi perſona fuerunt. Namque Iſaachi nomen ex Hebraica interpretatione riſum ſignificat. Riſus autem ipſe non eſt qualis in hominum vultu oritur, ſed qualem purgatæ mentes concipiunt. Subijcit deinde Philo, Iſaachum immolatum fuiſſe Deo, vt ſignificaretur, lætitiam, ſi propriè loqui velimus, Deo conuenire. Nam humanum genus tum præſentium malorum ſenſu, tum appropinquantium expectatione, in perpetuo mœrore eſſe oporteret. Atque illud etiam verum eſt, licet diuina natura ſit fons inexhauſta felicitatis, et gaudij, tantopere tamen fauere eandem hominum generi, vt quotieſcunque meruere homines gaudij partem aliquam, largiſſimè eam donet. Hinc fit, vt ipſo diuino conſilio ſtatutum ſit abducere à dolore, et mœſtitia quàm maximè mentes eas, quæ rectum virtutis iter calcant. Quoniam verò mortalium merita, et vires exiguæ ſunt, hinc fit, vt amara dulcibus miſta eſſe oporteat, neque vnquam ſolidæ, ac ſinceræ lætitiæ imbres è Cælo deciderint. Et quemadmodum cæleſtium corporum lux eſt ipſa quidem per ſe ſincera et pura, ſed regionis noſtræ caligine offuſcatur: ita lætitiæ illæ miſeria noſtra turbantur ſemper.

Digitized by Google

DE
CHRISTIANÆ MENTIS IVCVNDITATE
LIBER SECVNDVS.

LIBRI HVIVS SECVNDI Argumentum.

Caput I.

POTVISTISNE *cognoſcere ſaltem ex longinquo , amici Dei, ſacerdoteſq;, et paſtores diuini gregis, et ſolitarij contemplantes, narrata miracula? Potuiſtiſne cernere ea, vel potiùs potui ego demonſtrare vobis ſin minùs immenſos ſplendores, ſaltem radium aliquem leniſſimi moris diuini , quatenus familiariter agere nobiſcum decreuit? Dicamus nunc quomodo Diuina hæc eadem Maieſtas voluerit ad-*

mirabi-

mirabilius modis honorare vos ipſos veluti amicos ſuos, etiam dum in hac vita degitis, ac deinde poſt mortem etiam; qui honores, et quæ decora, quæ in alijs fuere, poſſunt ad veſtram etiam inenarrabilem redundare iucunditatem atque lætitiam. Diximus in vltima parte primi libri, tam liberalem eſſe Deum, vt ſineret pleraque voluptati eſſe mortalium animis, ſed iucunditatem eam, atque dulcedinem ſemper eſſe miſtura aliqua infectam, atque turbatam; nam peregrinatur in terris, hoſpeſque noſtra eſt, cùm propriam in Cælo ſedem habeat; aquaſque haſce dulces, et amaras, fluminum inſtar, quæ ſe ſe effundunt in mare, et velut maris vndæ redundant in flumina, perpetuò inter ſe confundi ac miſceri. At volumus vnumquemque ſcire, dum de hominum lætitia ſermonem habemus, eam ſignificari lætitiam, quæ iuſtorum eſt, non autem impiorum, qui, dum tales ſunt, aluntur doloribus, et luctu, iuſtumque eſt, eos exhilarari numquam. Ex diuerſo amici Dei diuina ſimul, et humana omnia in conſpectu habent, ex quibus magnam lætitiam hauriunt. Volumus igitur nonnulla tractare de terreſtribus etiam rebus, quippecum memores ſimus, ſacros pleroſque Doctores, veluti Clementem Alexandrinum, veluti Tertullianum, veluti Lactantium, dixiſſe,

Clemens Alex. lib. 6 Strom.
Tertull. de Reſurrect.
Lactantius lib. de Ira Dei cap. 13.

creatum

creatum fuiſſe Mundum à Deo, vt hominum generi inſeruiret. Ac planè non creatus fuit Mundus eius hominis cauſa, qui poſtea peccati labe ſe ſe contaminauit, neque eorum cauſa, qui, ſequentes primi hominis veſtigia, item peccauerunt; ſed iuſtorum hominum cauſa Deo viſum eſt ab omni æternitate Vniuerſitatem hanc creare. Atque ideo hæc tam opipara menſa, et admirabiles epulæ, palatiumque tam illuſtre, aurum, et gemmæ, et cætera creatarum rerum opes, nequaquam fuere deſtinata inimicis Dei, ſceleratiſque mortalibus: neque debent infelices illi ob hanc cauſam parte vlla felicitatis frui; timoreſque tantùm, et horrores, & mortes, et æterna caligo, et perpetua nox eos manent.

DE CONTEMPLATIONE rerum naturalium.

Caput II.

QVÆ res inter alia, ſicuti ego credo, ſanctos Patres mouit, mouetque adhuc pios multos animos, ſicuti noſtris temporibus factum eſt, vt ſpecularentur ſubtiliſſimè diuinam potentiam in creatis rebus, tamquam eæ patrimonium, et hereditas hominum piorum eſſent, Orbiſque to-

tus

Digitized by Google

tus poſſeſſio ipſorum eſſet, quem ſeu fundum, et hortum vnum incolendum eis, habendumque Deus aſsignauerit iam inde ab eo tempore, cum primo homini poſſeſſio illa diuino ore confirmaretur. Sermones, et colloquia circa creatas eiuſmodi res poſſunt nobis eſſe ſummæ iucunditatis, illaque præſertim, quæ ſacri, et ſancti Doctores habuere; amœnumque inprimis, et iucundum eſt conſiderare, quemadmodum ipſi ſumma cum animi lætitia, et voluptate ſingula illa ſeparatim, et omnia ſimul attentè ſpeculabantur, veluti ſi filius aliquis admiraretur paternæ domus amplitudinem, ac deinde exhilararetur, cùm ſe tantorum bonorum heredem fore reputaret. Eum, qui primus omnium cœpit contemplari res naturæ, referendo eas ad Dei agnitionem, credibile eſt, fuiſſe Adamum exiguo illo temporis ſpatio, quo à peccati labe integer fuit; nam ſtatim vbi ille creatus eſt, accepit notitiam omnium naturalium rerum, idque ſacri ſcriptores affirmant, qui talia commentantur, vt ſententiarum Magiſter; et Sanctus Thomas, et Sanctus Bonauentura, et Vgo Sancti Victoris. Ac poſt diuturni temporis lacrymas, dici poteſt etiam, eum in eiuſmodi contemplatione valde fuiſſe occupatum, et Patriarchæ cæteri, dum ſolitariam agebant vitam, vſi ſunt cognitione creata-

Gen. cap. 2. v. 15.

Magiſter ſent. lib. 2. diſt. 23.
S. Thomas 1. p. q. 94 art 3.
S Bonauent. in 2. ſent. diſt. 23. art. 2.
Vgo à S. Victore lib. 1. de ſacram. par. 6. cap. 12. & 13.

creatarum rerum, vt vehementiùs Deum amarent. Et fortaſſe Abrahamus, cùm meridiano tempore in Tabernaculi ſui aditu ſederet, eiuſmodi contemplatione occupatus fuit, et Iſaac, cùm in campum egrederetur ad meditandū ante oculos habebat multa, quæ piè contemplaretur. Moyſes verò in ſuis libris, et cæteri diuinarum Litterarum auctores, continuatè tractauere ſermonibus res humanas, per quas ad Creatoris notitiam excitarentur. Quinimmo credo ego, ſi libri omnes Salomonis in hæc ſæcula perueniſſent, multa ſciri poſſe de Naturæ arcanis, quæ nunc ignorantur, et à Salomone tractata eſſe debuerunt, et in libris præſertim eis, in quibus ab arbore cedri vſque ad hyſſopum naturalia perſecutus eſt, eiuſmodi cognitio extaret. Atque cognitione eiuſmodi diffundente ſe ſe latiùs per omnia philoſophandi genera, non parum ad eam rem adiumenti contulere ſcripta Platonis, et Ariſtotelis, et Theophraſti, quos poſtea ſequuti ſunt innumerabiles profani ſcriptores, ſicut ſacri etiam, Baſilius, Ambroſius, Nazianzenus, Chryſoſtomus ſectatores ſuos habuere, qui in eodem genere philoſophari non deſtiterunt. Nunc proponemus nonnulla, quæ generatim pertinent ad res creatas, et Attributorum nomine, ſiue dignitatum Naturæ ipſius appellari poſſunt,

Gen. cap. 18. u. 1.

Gen. cap. 24. u. 63.

Lib. 3. Reg. cap. 4. u. 33.

doteſque, et excellentiæ quædam ipſius. Neque colligemus ea, quæ dicta ſunt ab alijs, nam id ſuperuacaneum exiſtimamus, ſed potiùs afferemus ſi quid in mentem venerit, quod non ita peruulgatum, neque ita commune arbitremur.

DE BONITATE IPSARVM.

Caput III.

AC primo loco creatarum rerum bonitas conſideranda eſt, quæ certatim omnes replent nos, et onerant beneficijs aſſiduis, & magnis; vnde poſtea tot commoda nobis, ſalutareſque effectus proueniunt; vnde ſumma Dei benignitas cognoſcitur, quæ manſuetiſſimè erga nos affecta eſt, liberalitatequè inexplicabili noſtra commoda curat. Id in Cæli ambitu manifeſtiſſimè apparet, cuius aſſidua conuerſio tam placabiliter, et tacitè fit. Ac licet rapidiſſimè conuertatur, longinquitatis tamen ipſius beneficio efficitur, vt damni nihil ad nos redundet, atque motus ille, ſi propinquior eſſet, magnoperè vitam hominum turbaret, damnaque maxima afferret. Ideo, quaſi occultum opus Cæli eſt noſtra ſalutis cauſa, et irrequietum, et tanta moderatione, vt, qui accipiunt beneficia, vix ſentiant. Elementa

verò

verò, ſicuti viciniora, et ſimiliora naturæ noſtræ, manifeſtiores afferunt nobis vtilitates: quæ elementa licet efficaciſſima ſint, et infinitæ propè poteſtatis, ſeruiunt tamen nobis ſemper, et ancillantur, non ſecus atque ſi manſuetiſsima noſtra ſeruitia eſſent, in quæ liberè dominaremur. Ac poſſumus mortales ipſi, debileſque, et infirmi ſiſtere ventorum curſum, et frænare impetum aquarum, et incendia reſtinguere. Atque id vbi fiat, obijcitur noſtræ mentis oculis teneri infantis figura, qui luctari cum gigante velit, atque ex lucta ſuperior etiam diſcedat, non quia ſuccumbat vltro ille, ſed quia plus virium infanti, pluſquè roboris inſit. Terram porrò ipſam, imaginem quaſi, et argumentum diuinæ Bonitatis appellare poſsumus in hac rerum Naturæ parte; nam ea manſueta eſt adeò, mitiſque, et obediens, atque obnoxia nobis, vt lacerata vomeribus, aratroque perſciſſa, et greſſu continuo conculcata, nullam contra querelam, gemitumque nullum edat, geſtiatque aratorum manibus inſatiabiliter obedire. Quinimmo ipſa ſæpè ſegnitiem, et moras vltro cultoribus exprobrat, dum ſua ſponte fundit herbas non modò communes, ſed medicas quoque herbas, quibus inculta, et horrida aſpectu nemora ſcatent, tamquam proſpiciente morbos noſtros matre illa,

remediorumque copiam occultè apparante. Cùmque tanta ſit eius puritas aduerſus libidines, tantaquè continentia, et moderatio aduerſus ea omnia, quæ immoderatè cupiuntur, ſtudet illa conferre ſuas diuerſas dotes ad propugnationem, ſalutemque mortalium, quos adeò ſuarum rerum incurioſos atque immemores videt. Non igitur conſiderata hæc, et allata à nobis poterunt aliquo modo ſerenare noſtrum animum, et replere iucunditate tunc, cùm offuſus nube curarum ſqualet, atque angitur? Quòd ſi hæc ipſa fortaſſe nonnullis haud ita placerent, cur commentari ipſi non poterunt alia non ſolùm ſimilia iſtis, ſed meliora etiam, placitura ſcilicet tantò magis, quantò ſunt gratiores ſui cuique, quàm alieni, partus?

DE MAGNITVDINE RERVM.

Caput IV.

V*BI verò aliquantiſper recreati animi erunt in contemplanda bonitate, commodiſque naturalium rerum, gradum facere poterunt ad contemplandam earum quoq; magnitudinem, cognoſcendo infinitam quaſi earum capacitatem, copiam, fœcunditatem, et amplitudinem. Quæ ſanè am-*

plitudo

Digitized by Google

plitudo ex Cæli præſertim ſpatijs cernitur, quæ altiſſima ſunt, vaſtèque lata, et profunda, vt hoc vocabulo vtamur. In qua conſideratione, vt prætermittamus ea, quæ ſubtiliter, & acutè alij commentati fuerunt, nos tractabimus commune hoc, non ſolum ſapientibus viris aptum, ſed eorum quoque ſenſibus, qui Mathematicas dimenſiones minimè nouerunt. Dicimus itaque, ſidera omnia, quæ nobis ſunt in conſpectu, non multò minora eſſe terræ totius mole, quædam etiam longè maiora. Atque id ſideralis ſcientiæ homines ita commonſtrant, vt credere, et fateri rem ipſam cogamur. Iam ſi ſtellæ iſtæ potentiæ diuinæ vi in vnam aliquam Cæli partem redigerentur granorum inſtar, quæ ex ſpatioſiſſima planicie agri recipiuntur in fiſcellam eam, vnde diſperſa priùs in agrum fuerant: tunc appareret, ſtellas ipſas in anguſtiſſima Cæli parte eſſe reſtrictas, atque coniunctas. Nunc conſideremus quanta vaſtitas eſſe debeat extremi illius Orbis, Orbiumque etiam aliorum minorum, qui ſinguli minima ſui parte tot capere Mundos poſſent, quorum alij terram propè vniuerſam æquarent magnitudine ſua, alij etiam longè, latèque ſuperarent.

DE

DE NVMERO.

Caput V.

QVÆ ſanè conſideratio vocat atque ſubducit animum noſtrum ad contemplationem infinitæ propè multitudinis, non ſtellarum modò ipſarum, ſed creatarum etiam omnium rerum, prout maior quæque, aut minor, nobiliorve, aut obſcurior exiſtet. Hinc magni nominis vir ſcriptum reliquit, reperiri viginti nouem genera pomorum, totidemque ficuum genera. Atque vt omittamus pretioſiſſima, et vtiliſſima quæque, in quibus Natura vim ſuam occupaſſe meritò videtur, vel cura noſtri, vel oſtentatione ſui, agè contemplemur tot ſemina, tot herbas, et agmina tanta beſtiolarum, quæ ſunt ignota nobis. Quæ quidem beſtiolæ non ſolùm differunt inter ſe magnitudine, et colore, et figura, formaque partium aliquarum, ſed diuerſas quoque ab eadem Natura propenſiones accipere, ingeniaque, et temperamenta, et impetus, motionesve quaſdam, per quas diuerſis operibus exercentur, eo nimirum artificio, quod cuique earum attributum fuit. Atque ex hac exiguorum animantium, variarumque herbarum conſideratione, mihi venit in mentem affirmare, meritò mirum

Plin. lib. 15. cap. 14. & 18.

videri,

videri, quod ſub noſtra hac ætate duos Mundos ſolertia mortalium aperuerit, noſtrum nimirum hunc patefaciendo illis, qui aduerſa nobis tenent veſtigia, conterminiſque regionibus, et patriam viciſſim, terramque gentium illarum communicando nobiſcum. Attamen in hoc etiam Orbe noſtro, quem veluti familiarem, notiſſimumque nobis adſpicimus, ſumma varietas rerum eſt, ob quas ignotus, et peregrinus, nouuſque dici nobis queat. Et quidem incognita iſta varietas rerum, quæ ſub adſpectum cadunt, habentque corpus aliqua ex parte, durabit, donec Mundo huic contingat finis ille, qui ipſum manet. Semper enim plura erunt ea, quæ neſcientur, quàm quorum peruulgata notitia erit. Circa extrinſecas formas foliorum, ſiue frondium, quæ non à peregrinitate, pretioque ſuo, ſed ex communi, et obuio adſpectu conquiruntur, narrabo id, quod mihi fortè olim vſu venit, cùm recreandi animi cauſa, et cupidine aliqua inſpiciendi iſtas Naturæ varietates, iuberem in conſpectum meum afferri diuerſa folia, et frondes, vt quæ notabili aliquo diſcrimine inter ſe differre videbantur, planè viderem, omitteremque eas, quibus minimum, exiguumque diſcrimen erat. Atque breui temporis ſpatio, ac nullo penè labore, in cumulum ingentem ſtetere ante oculos meos; animaduertique

uertique

uertique reſpiciendo ſingularum frondium ſubſtantiam, et corpus, alias eſſe denſo, alias rariore contextu; foraminoſas alias ſpongiarum inſtar, ſolidas alias; plenos, craſſoſque contactus alias habere, ſubtiles, et leues contactus alias. Generatim vniuerſæ diuerſas etiam qualitates habebant; cùm nonnullæ flexibiles eſſent; nonnullæ firmæ, et auſteræ; fragiles quædam, aliæ faciles, et lentæ; neruoſæ pleræque, quædam aliæ ita cernebantur, ac ſi ex ſola carne compactæ eſſent. Iam fibræ ipſæ, et nerui erant pluribus diſperſi ramis eminentibus, et valida compage muſculoſis. Vidi cælatas, teſſelataſque nonnullas, et minutiſſimè ſerratas, et acuminatas. Contrectando deinde paulò curioſiùs quaſdam earum, ſentiebam teneras alias, molleſque, et ſequaces, et cedentes, et pannoſas, et vietas: contrà, duræ aliæ, horridæque, et armatæ aculeis erant. Adſpectus quoque earum varijs ingenijs diſcriminati erant; nam opaco quædam, et fuſco corpore, pellucido, et ſplendido aliæ cernebantur; clarus alijs, nitiduſque lauor, alijs recta, et hirta, pandataque ſpecies erat; aliæ vndatim diuagabantur. Superficies erat alijs elegans, et polita, alijs criſpa, et contracta, et rugoſa. Aſſurgebant aliæ velut in collium figuram, aliæ d primebantur velut in cauernas. Salebræ, et ſpinæ,

et

et acumina, et quædam viſcoſa tenacitas, & hirſutus adſpectus, et ſpuma quædam, et lanugo, crebriquè ſulci, tramiteſque, et canaliculi, et cancelli, et coronides diſtinguebant frondes eas, atque variabant. Plana erant, trinis, quatuorve angulis cuneata, rotunda, oblonga, contorta, et figura quadam ouata. Iam dimenſionum in illis varietas haud minor; inciſura larga, et ſinus, et conuexitates, et circuli, et ſemicirculi cernebantur. Erant ad truncum vſque reciſa, et interciſa quædam, lancinatis extremitatibus aliæ, et quadam lima mordaces, et partita in mutulos, et ſcamillos. Scalarum gradus alibi cernere erat, alibi bifidos, æquabileſque vertices. Extrema ora tum rotunda, tum acuta, tum retorta, tum ſpinoſa, tum biſulca, tum adunca conſpiciebantur. Credo etiam, ſpectaſſe me quaſdam repræſentantes cuculli figuram, ſcyphive, et humani cordis imaginem, & linguæ ſpeciem, et virgulta minutiſſima, et funes, crineſque, et ferulas, et haſtas, et gladios, pugioneſque, et ſpicula, et mucrones à natura ibi depictos. Quòd ſi videbor fortaſſe cuipiam haud nimis magnificè extuliſſe hanc Naturæ liberalitatem, etiam in contemplatione frondium, quæ ſunt mobiles, et caducæ, et leuiſſimæ ferè rerum omnium, legi Plinium velim, quo loco maritimas Plinius lib. 9. cap. 33.

conchas ipſe deſcribit oratione, quæ non minùs varia videtur, quàm ipſa Natura: quæ ſicuti
Plato in Dialogo Critia, vel Atlantico. *Plato in re diſſimili ait;* Ipſa varietate voluptatem ſecuta eſt. *Hoſce Naturæ theſauros quis enumerare poterit? Ac ſi piſcium tanta eſt multitudo, quantam verſiculus ille Pſalmi declarat,*
Pſalm.103 u.25. Illic reptilia, quorum non eſt numerus, *quid tandem exiſtimandum erit de rerum earum multitudine, quæ latent in terræ viſceribus, quaſve tam ampla, et ſpatioſa facies ipſius præfert?*
Iob cap. 38. u. 22. *Inclytus ille Iobus niuium copiam admiratus, aliquando frigidam illam, fluxamque rem theſauri nomine appellauit. Verùm theſauros eiuſmodi, tum in Cæli regione, tum in terrarum ambitu reperire quamplurimos commodè poteris. Ac ſicuti ſubiecti homines, et minores geſtire ſolent, vbi Principes, amicoſque ſuos ingentem pecuniæ copiam habere intelligunt, quandoquidem ea liberalitatis materia ipſis quoque accipiendi ſpem afferre poteſt: ita cogitandum tibi eſt, eſſe te in illius famulatu, qui tua cauſa tantos abdidit theſauros, quantæ ſunt rerum varietates, quas Terra, Cæloque diuinus ille Artifex creauit, ac fecit.*

DE

DE PERENNI RERVM VITA.

Caput VI.

BONA *verò iſta ſi mobilia eſſent, tranſirentque leuiſſimè, non tamen negligi ea, contemnique oporteret, cùm etiam breuiſſimi temporis fructum, et vtilitatem aliquam afferrent nobis. Verùm ea eſt natura ipſorum, vt cùm tranſeant, atque corrumpantur, permaneant ſimul, ac durent; cùmque breuiſſima ſit eorum vita, diutiſſimè ſimul viuant, ob viciſſitudinem nempe perpetuam illam, qua viciſſitudine corruptæ res nouos ex ſe fœtus gignunt. Licebit itaque admirari perennitatem Dei beneficiorum erga genus humanum; atque hoc ipſum iucundiſſimè contemplari, quòd animantia omnia continuata in hunc diem, & propè immortali ſucceſſione propagata durent. Idque tantò eſt admirabilius, quia nonnulla ſunt eius generis, vt exiguo admodum numero procreentur, ac degant. Et tamen adhuc non periere, cùm pereant familiæ nobiles, populique numeroſi temporum tabe ita corrumpantur, vt non modò vrbes eorum, & facta, ſed nomina etiam, et linguæ ſic amiſſæ ſint, quaſi numquam anteà extitiſſent. At rerum creatarum genera omnia ita cuſtodita ſunt,*

atque ita durauerunt ope Diuina, vt gignantur hodie in agris vermiculi perexigui, qui tot millibus annorum antea gignebantur. Cicadæ ſtrepitu ſuo, et moleſto cantu conqueruntur æſtiuas horas, nimio feruentes calore. Culices tem nocturni demerſos ſopore nos increpant, ac monent, nihil intermiſſa conſuetudine, quam primis temporibus ijdem habuere. Arbores etiam, quamuis fragiles, ac teneræ, perpetuitatem, roburq; multorum ædificiorum, turriumque multarum vt æquare poſſint, effecere ſuis ingenijs, et quaſi proſpiciendo in poſterum, quandam circa ſe paruulæ ſobolis coronam ſingulæ gignunt, vt nimirum eo ſubſidio ſe ſe muniant aduerſus inſidias, et damna temporis. Habet præterea omnis arbor eum ferè inſtinctum, vt inſerat baccis, ſeminique ſuo vim eam, quæ perennare poſſit, et ad æternitatem quodammodo adſpirat, regnique ſui ſucceſſionem per arua propagare contendit. Et quoniam Elementa, quæ communi voce pura appellantur, hunc quoque naturalem inſtinctum habuere conſeruandi ſui, non carent hac arte, vt dum gignuntur, corrumpunturque viciſſim, permaneant tamen, ac durent, et in ſumma varietate mutent nihil. Ita ignis calefacit ſemper, et vrit; ſi quidem materia præbita ſit. Mouetur, et rotatur aer: iacet fixa, et depreſ-

depreſſa tellus; ſuntq; irrequieti curſus aquarum. Ideo flumina, et amnes, veluti mercaturam ſolertiſſimè faciendo, permeant terrarum Orbem, merceſque ſuas huc illuc ferunt. Aßidua ſunt prælia pelago cum ventis, qui inſultant aßiduè, turbantque pacem aquarum, et verberant omnibus horis quietum illum liquorem, ibique regnum, ſiue tyrannidem exercent quandam. Salientes item aquæ, ceu ſimulacrum, et figura diuinæ benignitatis erga nos, emicant ſemper, neque vt liquorem inde haurire poßis, expectanda ſunt certa tempora anni, ſed perpetuò fructifera, et fœcunda ea pars Naturæ eſt. Vidimus aliquando, ſolitariæ mentes, quoſdam fontes opacos, quos ars ipſa numquam aperuiſſet, ſed Natura parens blandè, amicèque occulto ſinu fouerat eoſdem. Ac puriſſima illa aquarum vena theſauris æquiparari multis poſſent, ſi perennis quiſpiam eiuſmodi fons reperiretur. Neque liquores iſti conferendi ſunt cum fragili cryſtallo, vel durißimo adamante; quam enim humanæ vitæ commodis vtilitatem, fructumve afferunt, niſi falſa quædam opinio vniuerſos haberet? Adamas quidem, niſi, raritate, et opinione commendaretur, ad nullam aliam rem vtilis eſſet, quàm vt occultam, et ſine remedio mortem afferret, præſtringeretve oculos, et repentina

ſpecie

ſpecie feriret. At diuitiæ iſtæ, opeſque fontium pellunt morbos, ſi quis fortè decumbit æger; humani animi nubila ſerenant; refrigerantque corpus, et fouent calore opportuno, et alunt, et nudos, coopertoſque veſtibus amplectuntur. Proponite quæſo vobis ſpeciem paſtoriciæ illius puellæ, quæ, ſtimulante ſiti, ad notos illos latices currit, admouetque labra matris antiquæ mammis, et purum inde liquorem haurit. Exuberant autem tam fœcundè, ac latè liquores illi, vt vix vllæ hominum artes, vllave ingenia ſufficiant ad miſcendos eos, ſiue componendos. At vltro è montibus fluunt, rupibuſque altis ad irriganda arua diſtillant, ibique inexplicabili diuinæ liberalitatis modo ſuauiſſimè exorbentur. Tu verò bonitati huic, et magnificentiæ diffidere voles, anxièque ſolicitus eris, dum ſcaturigines in conſpectu perpetuas habes?

DE

DE EFFICACIA, ET VIRTVTE.

Caput VII.

AC ne quis credat, diuinam potentiam in magnis tantummodo rebus vtilitatis noſtræ cauſa fuiſſe occupatam, ibique tantummodo ſuas opes explicare voluiſſe, animaduertere licet, in minimis quoque rebus maxima veſtigia potentiæ eiuſdem extare impreſſa, et manifeſta. Quapropter nihil deperit potentiæ illius, ſi poſtquam ſideribus Cælum conſperſit, ſparſit quoque floſculis agros; et cùm Balænæ alantur eius manu, locuſtis quoque, et vermiculis pabula offert. Ac tanta in omnibus rebus cum potentia, et arte magnitudo eſt artificij diuini, vt nullam paruam rem exiſtimari oporteat, quæ ſic ab diuina maieſtate tractetur. Creauit quidem et conſtruxit Deus oſſa, et carnes, artuſque ſingulos hominis primi; ſed vtique dicimus, tam admirabilem eſſe artem Opificis eius omnium rerum in germine omni, quod pullulet, naſcaturve ex terra, et in omni animalium fœtu, qui procreetur, vt minutiſſima iſta non indignum videri opus poſſint eius dexteræ, quæ rerum vniuerſitatem molita eſt. Vult tamen Opifex idem, naturales quoque cauſas, et inferiora hac in-

trumen-

ſtrumenta fungi ſuo munere circa hominum vitam, cuius cauſa inſtituit ea, et creauit. Jta aliud ex alio pomum naſcitur, ceruique ceruos gignunt eiuſmodi quadam arte, vt prolifica vis, inſitumque ſemen intra ſuum ſe ſe modum contineat, neque præſcriptos ſibi fines egrediatur vnquam. Fit proptcrea, vt exiguo, et minimo cuipiam grano tam copioſa virtus inſit, quæ ſe ſe diffundat, ſpargatque in partes plures, quibus ea accedit figura, ſaporque, et color, et odor, et conditiones aliæ plurimæ, ac diuerſæ, vt tantula illa grani vnius moles multiplici conſtet arte, ſeu potius variæ in vno loco artes exerceantur. Ibi artifex vnus altè parietem extollit, alius incidit truncatve, alius connectit, inſeritve nonnulla, et committit, alius excolendo, ornandoque, et poliendo operi eſt intentus, alius in deſcriptione, atque in dimenſione operis eiuſdem verſatur. Ita fit, vt nullus tam plebeius, vulgariſque floſculus, nulla tam contempta, viliſque arbor exiſtat, in qua Naturæ ingenium non eluceat, quæ tamquam miniſtra Numinis ſola abſque arte, et cum ſumma ſimul arte aggredi quidquam poteſt. Quòd ſi in hac rerum Vniuerſitate certiſsimum aliquod diuinæ prouidentiæ teſtimonium extat, id ſanè eſt opificium hoc, quod ego ita propoſui. Atque

oportet

oportet prouidentiæ huius ope fretos nos, atque ſubnixos eo eſſe animo, quo milites, ciueſve fuerint, qui Regem, ducemve ſapientiſſimum habere ſe videant.

DE ORDINE, AC MODO, ſiue menſura.

Caput VIII.

IS *porrò dux noſter, et Rex ſicuti regimine, ac prouidentia ſua, et poteſtate res omnes ad finem, exitumque deducit eum, cuius cauſa inſtituta, & creata res eſt: ita id ipſum tanto ordine, atque deſcriptione tam artificioſa efficit ac molitur, temperatque cuncta tam apta dimenſione, vt nihil vſquam perturbati, vel confuſi exiſtat. Id quidem admirabile regimen emicat in illis præcipuè rebus, quæ ſpirant, et viuunt; nam cùm illa ſint prædita ſenſu, habent ſimul appetitum quendam, et inſtinctum, quem vmbram, imaginemve voluntatis rectè aliquis dixerit. Et quamquam animantium earum deſideria, ſenſuſve, et appetitus, mobiles ſunt, ac mutabiles, ſunt tamen etiam ſtabiles aliquo modo, certaque temporis, & dierum, et horarum lege tenentur, et regun-*

tur. Ideo videre eſt, auiculas ex remotis regionibus certo, et ordinato meatu ferri in noſtras oras, et ſtatos aduentus ſui dies obſeruare, cuſtodireque immutabiliter, perindè ac ſi quoddam pretium quaſi nobiſcum pepigiſſent. Defuncta poſteà miniſterio, ad quod venerant, gregatim, et communi conſilio vniuerſa domicilia alia, familiaritateſque alias petunt. Senſum minime diſſimilem habere videntur terreſtres etiam illa exhalationes, qua ventorum nomine ſcindunt aera, et vndas cient; eumque ſenſum, et motum reſpicientes antiqui ſcriptores, alas ipſis attribuere, tamquam anima, corpuſque ineſſet. His alis in certa horarum interualla repentè ſublati, et excitati, ſurgunt, tamquam per ſpatioſa priùs arua latè quieuiſſent, ſiue in cauernas, valleſque abditi latitaſſent, prodeunt repentè, ac ſe ſe offerunt nobis. Tanta mouentur, et adſunt opportunitate, vt neceſſitatibus quaſi noſtris inſeruientes, frigora, caloreſque diſpenſent, et prout res ipſa poſtulant, tum ſiccandi vim, tum verò molliendi admoueant. Partitas inter ſe quaſi vices habent, feruntquè pruinas alij; nonnulli niues; pars pluuias inuehunt; pars eliciunt ex arbore frondes, quidam eliciunt è terra floſculos; ſunt qui fruges, et poma ſtimulent, vt temporibus ſuis naſcantur.

Pſalm. 17. u. 12. Pſalm. 103. u. 4. 2. Reg. cap. 22. u. 11.

cantur. Laſciuia interdum etiam quadam ipſis, et voluptas eſt, ſpargere iucundos odores, ipſique odorati incedere nonnumquam amant. Placent ventorum alijs tenebræ, et ſilentia noctis; exorientem lucem alij nuntiorum inſtar antecedunt, et recreandis mortalium laboribus, ferųorique Solis leniendo, alij vices ſuas implent. Verſantur autem in ſuis quique muneribus tanta communione, ſiue concordia cum occulta ſiderum vi, varioque motu, et influxu ſtellarum, vt præſeferant, ac teſtentur, rem ſe quoque eſſe diuinam. Nunc minutiorum aliarum rerum tractandus, conſiderandusq; ordo erit, cuius ordinis tantò maior admiratio erit, quantò magis res ipſæ paruæ erunt, et minutæ. Videbitis arbores quaſdam ita diſpoſitis aſſurgere ramis, pomaque etiam quadam interiores medullas habere ita laboratas, et factas, vt ædificij alicuius ex arte ſimulacrum præferant. Bellionem florem crocei coloris quinquaginta quinque fibras, ſiue lacinias habere curioſiſſimus naturalium rerum indagator tradit. Plinius lib. 21. cap. 8. *Et progreſſus etiam vlteriùs aliquis diligentia et cura, deprehendit in Ægyptio lino tot fila, in quot dies deſcriptum, partitumque annum habemus. Plantæ ſunt etiam pleraque, quarum ſinguli nodi frondium numerum affirmant, et earundem aptam, et congruentem inter*

ter ſe formam. Non ego vos ducam in Indos, illucve, vbi flores, balſama, et thura conſpiciuntur: intra noſtra nemora ſiluaſque cura hæc nunc verſetur. Vidiſtiſne caſtanearum echinos, qua arte ſint facti, cùm vim, ingeniumq; ſuum ibi magna ex parte oſtentare voluiſſe Natura videatur? An fortaſſe humiles agricolarum menſa tantum artis, tantum ornamentorũ requirebant? Conſiderate in primis hoc, atque animaduertite, quemadmodum Natura aculeis, et ſpinis armarit illas vltimas ferè frugum, vt margaritæ, gemmave nequaquam tot ſint inuolucris cuſtodita, et munita. Inuolucra autem illa, et munimenta addita ſunt aduersùs animalium famem, vimque turbinum, et nimborum, qui in altis, deſertiſque locis acerrimè ſæuiunt. Planè aculei ſtant ita cancellati, et preſſi, vt haſtarum ſegetem, aciemve coniuncto orbe ſtare dixeris. Ac ne nimia corticis durities læderet agreſtem hunc partum, delicata, et molliſſima intus tegumenta ſunt, ita vt tam anguſto illo ſpatio durities aſperrima, et ſæuiſſima, incomparabiliſquè ferè mollities extrema inter ſe diuerſitate, nullo interiecto medij generis confinio, tamquam ad ſpectaculum proponantur. Spicula quoque, et mucrones, et intractabilis armatura, molleque velamen, deinde firmius aliud,

deinde

deinde tunica ſubtilior, et alia craßior, varij deinde nexus, multiplicataque vincula, et loculi varij, fibræque, et nerui cingunt, tegunt, ſepiunt, ambiuntque, et ligant baccam vnam, quæ nemora, et valles, et colles onerat, quæve horrida adſpectu, et aſpera, non audet inuiſere vrbes, neque dapibus honeſtis, et magnificis ſe ſe immiſcere. Enimuerò cur tantum curarum, atque ſolicitudinis adhibet illa procreatrix rerum in re tam humili, et abiecta? An ornando fortaſſe múneri, quod nobis offert? An quia peregrina res ſit, et rara viſu, malèque terris noſtris apta? Collibitum Naturæ fuit, ſtudium ſibi quoddam aſſumere, quaſi artium diſcipula, in obſcuro etiam opere ſolertiam earum imitaretur. Rurſus tamen ceù magiſtra earum, vim, ingeniumque longè ſuperauit. Quiſnam inſtituit, ordinauitque iſta, et deſcripſit? An ſola per ſe Natura? Nimia opes ipſius eſſent, nimiùmque propè accederet ad ſupremam illam cauſam; neque nos eam dignaremur honore tanto, quantum ea merita eſſet. Auctor tot honorum eſt Deus; ideoque graui reprehenſione digna cenſentur animæ illæ contemplatrices, quæ id aliquando minimè apprehendunt. Si lingua, ſenſuſque Soli eſſet, iure optimo expoſtularet ille cum hominum genere,

quia

quia nimirum ambiens aſſiduè ipſe, cingenſque noſtra capita, quaſi amoribus ſe ſe noſtris inſinuare ſtudeat, negligatur tamen ipſe cum tantis ſuis, aſſiduiſque muneribus, neque de ſomno remittatur pauliſper, vt primos ingreſſus, et itineris exordia contemplemur. Neque verò curſu feſſum, aliaſque terras adeuntem, gratia, honoreve vllo proſequimur, tamquam velociſſimus ille curſus, et tam ſolicita cura, miniſteriumque diei illius nihil ad nos pertineret. Nunc mea orationis clauſula erit, non Soli gratias eſſe agendas, cui neque animus, neque aures, neque ſenſus omnino vllus conſtat, ſed agendas eſſe Soli illi, qui numquam occidit. At nos lucem ipſam ſemper oderimus? Cimmeriaque cacumina, et ſpecus inſidebimus, eriműſque ceù nocturnæ quædam aues?

Homerus Odyſſ. 11. Strabo lib. 1. Geographiæ.

DE PRVDENTIA, & ſapientia.

Caput IX.

VIDEOR *etiam animaduertere, nonnullas eſſe creatarum rerum, quæ parùm contentæ ordine hoc, atque diſpoſitione, gloriam quandam maiorem petunt, altiùſque laudari amant.*

Mouen-

Mouentur enim eiuſmodi quadam arte, et ſolertia, quam prudentiæ quoque, et ſapientiæ nomine, merito appellare aliquis poßit. Ac pleraſque artes, quæ machinantur aliquid, et verſantur in opere faciendo, initium inde, et viam ſumpſiſſe apparet. Neque enim aliter inſtituerunt homines excitare tecta, quàm nidorum, et loculamentorum adſpectu, quæ domicilia eſſe auibus, et apibus viderunt. Velociſſimi porrò auium meatus, et earum forma, maris ſulcandi, et naualis fabricæ fores aperuere. Textrinæ magiſtri fuerunt araneæ: veſtium opportunitatem monſtrauere volucres, et tranare flumina beſtiolæ illæ priùs nouere. Medicinam quoque ſilueſtria animalia potiùs, quàm homines ipſos inueniſſe, communis cpinio eſt. Ortus porrò ſiderum, et obitus, et vim eorum variam, et tempeſtatum, Cælique mutationes nonne monſtrauere animalia ipſa, quibus periti homines etiam pro præſagijs, et ducibus vtuntur? Jam eadem nonne diſciplinam militarem oſtenderunt, prudentiamque Imperatorum, et vigilias, et variam armaturam, et propugnandi, oppugnandique artes, et inſidias, et locorum opportunitatem, et ordines, et fœdera, ſocietateſque docuere illos, qui poſtea tranctando bella, magnum ſibi nomen peperere?

Plinius Hiſt. Nat. lib. 9. cap. 24.

DE

DE PVLCHRITVDINE, & ornamentis.

Caput X.

IAM creatarum rerum tanta eſt, et tam amœna pulchritudo, vt eius contemplationem non vltra differri oporteat. Ea namque pulchritudo ceù diſpenſatrix eſt iucundiſſimarum cogitationum, quas animo noſtro immittit, et feſta pompa Naturæ quodammodo dici eadem poteſt. Pulchritudo Cæli, ſtellis efficitur; aeris pulchritudo, ſerenitate eiuſdem conſtat. Manſuetudo animalium, plantarum flores, hominum ipſorum humanitas, efficiunt in vno quoque genere id, quod dici, atque intelligi pulchrum volumus. Pulchritudo in omnibus rebus ſingulare quiddam eſt, quod neque virtuti repugnat, et cum vitio coniungitur, proboſque, et minùs probos pariter delectat. Inerme negotium eſt, et vim arcet; muta res, et facunda; nihil petens, et impetrans cuncta; placat eadem animos, et bella infert, et ſine vllo ſtrepitu, querelave vlla placatiſſimè victoriam reportat. Ac ſicuti Naturæ opera longè illuſtriora ſunt artis operibus: ita in colorum præcipuè pulchritudine Natura ipſa vincit artem; quandoquidem nulla Pictorum

excellen-

Digitized by Google

excellentia eam aſſequi pulchritudinem imitando poteſt. Nubecula vna, quam radij Solis feriant, omnem picturæ conatum ſuperat; neque amphitheatra omnia, et portæ triumphales minimam partem vllam eius pulchritudinis habebunt, quæ in Iride ſpectatur. At gemmæ, tamquam æmulæ cæleſtium luminum, imitantur, ac ſæpe etiam vincunt nunc ſcintillantes ſtellarum flammas, oculoſq; earundem ſereno Cælo renidentes, nunc Solis radios, nunc ignium lumina, et fulgores. Et quoniam non colorum tantummodo pulchritudo eſt Cælo, terræque, ſed ordinis etiam, atque ſtructuræ eſt pulchritudo; ideo conſiderari florum ſtructuram decet, quos Arabes, Ezzeharun *appellant, quo nomine, pompa terrarum deſignatur. Naſcuntur hi flores in ſummis, extremiſque ramis, quò promptiùs adſpiciantur. Latitant aliquandiù quaſi prouiſu quodam, metuque naturali, ne aeris, et ventorum iniuria colores illos delicatos lædat. Vbi deinde viſum eſt illis, explicant, atque pandunt vltro ſubtiles amictus, inſigniaque ſua, et latiſſimos vultus oſtentant. Vultus eos videas diuerſo corollarum nexu cinctos, amictoſque pluribus folijs, et interdum dimenſione, et figura quadam eiuſmodi, vt turrita quadam ſpecie in Cælum aſſurgant. Teneri ſinus eorundem muniuntur*

viridi , et validiore armatura foliorum , ceù exuuiarum , quæ validiore pedamento ſuſtentantur , à quo poſtea tamquam ex vaſculo hauriunt liquorem flores , et à vicinioribus ramis aluntur . Pulchritudo autem admiranda creatarum rerum ſi æqualem florum vitæ tantummodo æuum haberet , nimiùm ſanè , ò ſolitariæ, contemplanteſque animæ, fluxa eſſent , nimiùmque caduca bona , quæ tantopere laudamus ; ſed ineſt illuſtris hæc , et auguſtiſſima ſpecies alijs rebus. Pulcherrima maris facies eſt tunc , cùm purpureo adſpectu placatæ vndæ ſe ſe deuoluunt, amplexuque mutuo circumplicantur eiuſmodi colore , quaſi Cælum illuc deſcenderit. Pulcherrima ſunt flumina , quæ littoribus alludunt , leniterque lambendo , occultè inſidiantur . Veſtiti colles amictu ſuo, valleſque, et ſpatia camporum pulchritudine non carent . Quercuſque , et pinus, et cupreſſus, quamquam ſterilitate damnatæ arbores , allicere pulchritudine oculos poſſunt. Hæc, atque talia intuentibus , haud alienum erit conſiderare , cur ita Deus primùm , deinde Natura miniſtra Numinis tantam impertire elegantiam , amœnitatemque voluerit ſenſu carentibus rebus, vt ſenſus omnes noſtros oblectare poßint . Vos vero terris addicti , mortales , ſi fortè in Librum hunc meum incideritis , credetiſne ,

tiſne ,

tiſne, florere vtilitatis veſtra cauſa roſas, frõdeſcere arbores, et rubere poma? Tunc, cùm prima ſemina germinarent, veſtireturque tellus, vos minimè adfuiſtis; neque id merita veſtra requirebant, cùm omnino nulla eſſent. Immo minimè digni fueratis; nam ad hoc diuinum ſpectaculum primus tantummodò Parens admiſſus fuit, veluti anima innocens, et amica Deo.

DE LIBRIS CANTICORVM.

Caput XI.

N*IMIVM imperfecta, et manca tractatio hac eſſet, ſi propoſita herbarum, et florum pulchritudine, quos tantis Natura muneribus honeſtauit, amœnitatem eam, qua in Canticorum Libro depicta continetur, omitteremus. Itaque contemplabimur paulîſper hortos illos, quos ego æquiparauerim primæuo terreſtri horto, in quem dira illa terrarum eluuio, hoc eſt, in quem primorum Parentum peccata ſæuierunt.. Ac diruto eo, Salomon alium quendam ingenio ſuo deſcripſit, et afflatu ſimul diuino, qualem nimirum priorem illum fuiße arbitraretur. Cauſam ego ſuſcepti huius argumenti afferam vobis, cum quidem nihil fabuloſi ineſt, ſed vera omnia,*

Digitized by Google

altoque, et admirabili conſilio repræſentata. Voluit Regia mens ſcriptoris illius mentibus ſubijcere noſtris diuini amoris vim, potentiamque, & puritatem, et beneficentiam erga nos, ſimulque voluit demonſtrare, quanta eſſet amoris eiuſdem ſuauitas, ac dulcedo ſupergreſſa amores alios omnes. Id quò faciliùs aſſequeretur, honeſtiùſque faceret, Commento quodam huiuſmodi eſt vſus. Vineam, ſiue fundum, hortumve repræſentauit, in quo flores, et poma, arboreſque generum omnium ſpectarentur; odorque, et color, et ſapor omnem haberent ſuauitatem, et elegantiam. Scilicet ille per hæc ſimulachra, amœnitateſque, per hæc diuerticula, per hæc ſilentia, et vmbras, efficaciùs perfectiùſque allici, et excitari contemplantium mentes animoſq; poſſe exiſtimauit, quàm ſi quidlibet aliud proponeretur. Itaque ſingula Scripti illius partes vocant animum noſtrum ad hilaritatem, pelluntque nubila, et ſolicitudines, et quidquid moleſti, vel inhoneſti animum eundem occupare potuiſſet. Quomodo autem triſtitia hæc habere animos noſtros poterit, vbi tantam Deum ipſum nobiſcum inſtituiſſe familiaritatem videamus, quanta maior deſiderari non poſſit? Neque enim dixerit in ſolitudine ſua ſegnior aliquis, et ſupinus, Scriptum illud ad illos tantum-

tummodo pertinere, qui altiùs meditando, extollere ſe ſe in Cœlum poſſunt. Eſt planè ſermo cum Dei amicis inſtitutus: ſed etiam ſi non tanta fuerit ſanctitate aliquis, quantam vel expeteret ipſe, vel ineſſe alijs videt, non tamen ideo cadendum eſt animo, Liberve ipſe refugiendus. Certiſsimè tenendum eſt hoc, ſponſas eſſe Chriſti animas eas, quibus Gratiæ diuinæ pars affulſit, propriè, inquam, et germanè ſponſas; id, quod pluribus argumentis efficere, ac demonſtrare promptiſſimum eſſet. Ideo Sponſa illa Canticorum deſignat animas omnes addictas, charaſq; Deo, etiamſi fortaſſe deeſſet illis aliquid ex ea flamma, et ardore, quem nonnullæ ſanctiores animæ habuerunt. Et quamuis deeſſet etiam alicui tanta ſubtilitas ingenij, et excellentia doctrinæ, quantam Liber ille requirit; non ideo abijcienda lectio eſt, cùm pars etiam minima rerum earum cognita, et percepta, fructum afferre vel maximum poſſit. Scias velim, arbores nonnullas natura eſſe adeo delicatas, et præſtantes, vt cortice, odoreve ſolo, ſuauiſsimi cibi vicem implere poſsint, oblectamentumque ſingulare habeant. Sunt itaque ad animi tui pabulum, et oblectamentum in hoc Libro nemora, et prata, monteſque, et colles, et valles, et æquora camporum, ſolitudineſque, et culta loca,

qua-

drupedes, et volucres, odorata planta, et vnguenta pretioſa; ibi deſcribuntur anni tempora cum propitijs, fauentibuſque ventis, et vbere copia bonorum, qua ſecum ferunt. Atquì arbores iſta, cui tandem florent? Cui ſuauitates odorum afflantur? Cui miſcentur vnguenta? Cui tales horti inſtituuntur? Cur dantur nobis in conſpectum? Si hac omnia pertinent illuc, vt mortales beatiſſimè, ac feliciſſimè agant, quantum ſcilicet in hac humanarum rerum miſeria poteſt eſſe beatitudinis, et felicitatis, cur tandem accerſimus vltro moleſtias? Cur appetitus immoderati lacerant atque rodent animum? Cur etiam in hac vita beati non ſunt homines, qui ſe ſe addixere Deo, ſanctèque eum timent? Hac porrò ſenſa animi noſtri, qua miſcemus ſic, et exhibemus, inuenientne labra, quibus amarum ſapiant? Poterit id quidem fortaſſe accidere, ſed non arbitror fore, vt tale quiddam contingat in ijs, qua mox trademus, licet valde ſimilia ſint primis, ſi quidem admonuero priùs, ea minimam partem eſſe munerum ingentium, qua magni Chryſoſtomi ſtylus fudit, ſicuti rem deinceps ipſam tractaturi ſumus.

DE

DE S. IOANNIS CHRYSOSTOMI meditamentis.

Caput XII.

IS igitur docet, pulcherrimarum rerum, quæ terra continentur, adſpectu, inuitari animum ad pulchritudinem eximiam virtutis, et ſilentio ſolitudinis vocari mentes humanas ad placidos manſuetoſque mores, eamque ſilueſtribus locis ineſſe virtutem, vt naturalium donorum, et ornamentorum copia excitent piorum animos ad odium perturbationum earum, quæ perturbare quietem poſſint. Verba Chryſoſtomi ſunt hæc; At mitis huius mens, cuidam montis vertici ſimilis eſt, auram quidem habenti tenuem, purum verò radium, pura fontium fluenta, multaſq; florum amœnitates, vernantiumquè pratorum, & hortorum plantis, & floribus frondentium, & aquis viridantium irriguis. Si quis autem & ſonus immurmuret, dulcem, & multam inſparget audientibus voluptatem: vel aues enim canoræ ſummis arborum inſident frondibus, & cicadæ, philomelæ, & hirundines concentum quendam concorditer efficiunt muſicum. Vel Zephyrus arborum folijs ſenſim aſpirans, pinos, & piceas

Chryſoſtomus Homil. 19. ad Populum Antioch.

ſuſur-

ſuſurrantes, & cygnos frequenter imitans, & roſæ, ac violæ, & flores ſe leniter inclinantes, & viridantes quaſi mare cœruleum blandè fluctuans exhibent: quinimò multas aliquis inuenire poſſet imagines. Nam cùm in roſas quidem reſpexerit, iridem ſe videre putabit: cùm verò violas, pontum fluctuantem; at cum lilia, Cælum. Nec aſpectu verò tantùm, & viſu huiuſmodi tunc delectabitur, verùm & ipſo corpore pratum intuentis, illum magiſque remittit, & reſpirare facit, vt ſe magis in Cælo, quàm in terra eſſe cenſeat. Eſt & alia quædam vox, cùm à vertice montis aqua per riuos ſpontè defluens, & ſubiectis lapillis quieto ſono ſenſim immurmurat, & ita membra reſoluit per voluptates, vt ſtatim laxantium oculis ſomnum ingerat. *Hactenus diuina lingua ſummi Doctoris. At vt clariùs etiam perſpiciatis huius inclyti animi teneritudinem, ingenijque ſuauitatem, qua humana diuinis, et quaſi cum terra Cælum miſcuit, recolamus hæc eiuſdem dicta, quæ alibi leguntur.*

Homil. 10. ad Pop. Antioch. Præterea mente mihi prata percurre, hortos, florum genera, herbas omnes, vſus & ipſarum ſuaue olentium, figuras, ſitum, nomina tantum, arbores fructuoſas, & infructuoſas, metallorum naturam, animalium terreſtrium, marino-

rinorum, natatilium, per aerem meantium, montes, ſaltus, lucos, inferius pratum, ſuperius pratum (etenim in terra pratum, & in Cælo pratum) ſiderum varij flores, inferius roſæ, ſuperius iris. Vis & in auibus tibi pratum demonſtrem? Conſidera pauonis corpus varium, & omnem excedens infecturam, purpureas auiculas. Cogita mihi Cæli pulchritudinem, quantum temporis agit, nec offuſcatum eſt, ſed velut hodie fabricatum, ita eſt nitens, & ſplendidum: terræ vterus tantum tempus pariens, quomodo non hebetauit virtutem ſuam. Cogita mihi fontes, quomodo ſcaturiunt, & non defecerunt, ex quo facti ſunt, iugiter manantes diebus, & noctibus. Cogita mare, quot flumina ſuſcipiens, menſuram non exceſſit. Sed quouſque incomprehenſibilia ſectamur? In dictorum vno quoque dicere dignum eſt: quàm magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. *Atque dicta hæc nonne ex Beati Joannis Antiocheni ſenſu deprompta ſunt, qui ex orationis ſuauitate, Chryſoſtomi nomen meritò inuenit? Sunt ſanè. Nec tamen alius fortaſſe ætate illa ſeuerior, grauiorque fuit, quàm ille fuit. Conſiderate igitur quo modo is cogitationum ſuarum auſteritatem, et ipſarum elegantiam, et eloquentiæ flores cum*

vbertate doctrinæ tam aptè, mirabiliterque coniungere potuit.

S. GREGORII NAZIANZENI meditamenta.

Caput XIII.

Gregor. Nazian. de Humana Natura.

ID porrò S. Joannis alloquium, moreſque illi, quos modò propoſuimus, nihil diſcrepant ab alterius moribus, alloquijſve, quorum gloria Græciæ terris acceſſit. Is fuit Gregorius Nazianzenus, qui ſcripta hæc reliquit; Heſterno die doloribus fractus, ac debilitatus in vmbroſo quodam, atque ab arbitrijs remoto nemore ſedebam, animum mœrore paſcens. Hanc enim mihi medicinam in calamitatibus adhibere ſoleo: nempè vt cum animo ipſe meo colloquium habeam. Ac dulcis quidam ventus ſuſurrabat, ſimulque canoræ aues, mihi licet grauiſſimo mœrore profligato, egregium ex arborum ramis ſomnum largientes. Porrò Cicadæ tantum ſtridorem edebant, vt earum cantu totum nemus vndique perſonaret. Quin etiam gelida aqua iuxta erat, quæ leniter per nemus fluens, pedes meos abluebat. Ac ego toto corpore atque animo in dolore fixus, huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi oblectamenta nihil morabar. Mens etenim multiplici ægritudine oppreſſa, voluptates omnes repudiat & auerſatur: verùm ipſe animo cogitationibus ſe ſe volutante, talem aduerſariorum verborum pugnam experiebar.

An tu remedia hæc parùm apta Gregorij magni neceſſitatibus dices, aut leuiora, quàm res ipſa poſtularet? Iam ſcito, nullam eſſe medicinam, cui ſemper cedat morbus; et quamuis medicina præſtanti hac virtute careat, fieri tamen aliquando poteſt, vt nobis mirificè proſit. Ideò reijcienda ea non eſt, neque illico contrahenda eſt frons, ſimul atque de ea mentio eſt. Nazianzenum quidem talibus delectatum eſſe remedijs, neque contempſiſſe omnino tale quidpiam, argumento eſt locus ille orationis habita poſt reditum, quo loco circa creatarum rerum varietatem diuinè philoſophatur, conſuetudine nimirum illa, qua fuit huic viro, nullam Naturæ partem omittendi, ex qua documentum ipſe aliquod ſibi non ſumeret. Inambulabam egomet mecum, iam declinante die: locus ipſe inambulationis litus erat. Etenim huiuſmodi relaxationibus laborum moleſtias diſcutere ſoleo, quando ne quidem neruus ſemper tentus ferre contentionem illam poteſt, ſed eximi cum nonnihil de extremitatibus neceſſe eſt, ſi qui-

Gregor. Nazianz. Orat. 13. poſt reditum.

dem arcum tendere rurſum aliquando velimus, ac ſagittario non inutilem reddi eo tempore, quo arcu ſit vtendum. Ambulabam igitur, & pedes quidem incedebant, oculi verò in maris intuitu defixi erant: quod nobis ſpectaculum ſanè non admodum iucundum præbebat, cæteroqui iucundiſſimum, quum tranquillitate purpuraſcit, & grato, mitique motu litoribus alludit. Quid tum accidit? Vehementi vento (libenter enim ſacrarū litterarum verbis vtor) flante, concitabatur ac fremebat, & fluctus (vt in agitationibus huiuſmodi confieri ſolet) partim procul exſurgentes, & paulatim eximiam in altitudinem intumeſcentes, hinc imminuti ad litora ſoluebantur: partim rupibus vicinis illiſi ac repulſi, in ſpumeam ac tenuem aſperginem diſſipabantur. Iſtic & ſilices, & algæ & buccina, & oſtrea leuiſſima extrudebantur, ac velut expuebantur, quum viciſſim quædam fluctu recedente abriperentur: ipſis interea rupibus haud ſecus immotis & inconcuſſis manentibus, ac ſi nullam omnino vim experirentur, extra quàm quòd à fluctibus ferirentur. Hinc me nonnihil ad philoſophiam vtilitatis cepiſſe ſcio, & (vt omnia dirigere ad meipſum conſueui, præſertim ſi contingat, vt quadam quaſi vertigine corripiar ad caſum aliquem;

quod

Digitized by Google

quod modò accidit mihi (non obiter accepi, quod oculis obijciebatur: ſed me ſpectaculum hoc erudijt. An non enim, inquam ego, hæc vita noſtra, & res humanæ mare quoddam ſunt? Nimirum in ea quoque multum eſt ſalſuginis & inſtabilitatis. Non venti ſunt tentationes, quæ nobis accidunt, & alij caſus inopinati? Videtur hoc animaduertiſſe mihi ſummæ vir admirationis Dauides, quum ait: ſerua me Domine quia penetrarunt aquæ ad animam vſque meam: Item; libera me de profunditatibus aquarum. Veni autem in profunditates maris, & tempeſtas me demerſit. *Morem hunc fuiſſe illi communem colligi ex eo poteſt, quòd cum verno tempore, et prima Dominica die poſt ſacri Paſchatis celebritatem, concionaturus eſſet ad ingentem hominum multitudinem, ex temporis illius ſuauitate dicendi occaſionem deſumpſit; cùmque vellet, auditores ſuos ad myſteriorum diuinorum contemplationem excitare, mirificè hæc dicit;* Sed iam ad temporis quoquè laudes prædicandas, ſolemnique lætitia celebrandas, nos, vt par eſt, conferamus. Commodum enim omnia ad ſolemne hoc feſtum concurrunt, ſimulquè lætantur. Vidè enim qualia ſint, quæ oculis offeruntur: princeps anni pars principi dierum pompam peragit, Orat 43. in nouam Dominicá.

agit,

agit, ac quicquid pulcherrimum, & ſuauiſſimum habet, dono dat. Nunc Cælum ſplendidius, nunc ſol ſublimior, magiſque aureus, nunc lunæ orbis illuſtrior, & ſiderum chorus purior, nunc & fluctus cum littoribus, & nubes cum ſole, & venti cum aere, & terra cum ſtirpibus, & ſtirpes cum oculis in gratiam redeunt. Nunc fontes limpidiùs fluunt, nunc flumina vberius, nimirum hybernis vinculis ſoluta. Nunc, & pratum ſuauiter olet, & planta viret, & herba detundetur, & in virentibus aruis agni laſciuè ſaltitant. Nunc nauis cum celeuſmatis, iiſquè vt plurimum religioſis, pietatiſquè plenis è portu ſoluit, ac velo tanquam pennis cingitur, ac per gyrum aſſultat delphinus iucundiſſimum quiddam inſufflans, ſe ſequè in altum euehens, ac vectores lætos, & hilares proſequitur. Nunc aratrum agricola compingit ſurſum aſpiciens, frugumquè datorem inuocans, ac boui aratori iugum innectit, dulcemquè ſulcum proſcindit, ac ſpes lætas fouet. Nunc, & opilio, & bubulcus fiſtulas aptant, ac paſtorale carmen inſpirant, atque in arboribus, & petris veris amœnitate fruuntur. Nunc plantarum cultor plantam curat, & auceps calamos conſtruit, ac ramos ſuſpectat, & pennam auium ſtudioſe explorat. Nunc piſcator profundum

aquæ

aquæ perſpicit, ac rete ſuum repurgat, & petris inſidet. Nunc ſedulæ apes ſolutis pennis, ac relictis aluearibus; ſapientiæ ſuæ documentum præbent, atque ad prata conuolant, floreſque populantur: ac partim cellulas elaborant ſexangulas, & inter ſe oppoſitas fiſtulas attexentes, rectaſque angularibus alternantes, non minus ad operis elegantiam, quàm ad ſecuritatem: partim mel in horrea recondunt, atque hoſpiti ſuo dulcem fructum, & inaratum proferunt, quemadmodum vtinam nos quoque, qui Chriſti apiarium ſumus, ac tale partim ſapientiæ, partim induſtriæ, & laboris exemplum accepimus. Iam, & nidum aues conſtruunt, & alia quidem redit, alia immigrat, alia circumuolat; ac nemus cantu ſuo implet, hominemquè garritu demulcet. Omnia Deum laudant, ac vocibus mutis concelebrant. Propter omnia enim gratiæ Deo per me habentur: atquè ita illorum laudatio, mea efficitur, nimirum à quibus ego laudis argumentum capio. Nunc omne animantium genus ridet, nunc omnibus ſenſibus paſcimur, atque oblectamur. Nunc ſuperbus equus ac iubam arrigens, ſtabulum faſtidit, ac perfractis vinculis per campos laſciuus fertur, atque in fluminibus geſtit, ſe ſequè oſtentat. *Iam quantam animi tranquillitatem,*

et

& quietem, et pacem iſta generoſi Spiritus verba continent? Superant ſanè quodammodo Naturæ ipſius munera, et ſuauitates. O ſerenum vitæ genus, ò diuinam mentem, ò ſtudia, peregrinaſque doctrinas, quæ facultatem, et viam inuenere tam aptè coniungendi diuerſa duo vitæ genera, cum labore nempe quietem, et ſilentia cum tumultu. Neque verò crediderit aliquis, diuinos illos cæleſtium rerum interpretes, nullo exemplo propoſito, talia commentatos fuiſſe; fuerunt enim alumni, ſectatoreſque diligentiſſimi Litterarum diuinarum, et ad eam normam inſtituta vitæ direxerunt, illecti nimirum admiranda illarum ſuauitate. Doctorem, et magiſtrum præcipuè Iobum ſecuti ſunt, qui tot ante ſæcula prolixiùs atque diffuſiùs, quàm alius quiſquam in eo genere verſatus eſt, quique creatarum rerum inſtrumento, diuina conſilia demonſtrat. Nunc ille potentiam diuinam extollit, nunc ſapientiam, nunc artem Numinis, nunc Naturæ res miras pandit. Poſt Iobum, idem fecit diuinus Auctor Pſalmi centeſimi tertij, quo Pſalmo propoſita Cæli, terrarumque, et aquarum, & animalium creatione, deſumitur inde laudandi Numinis argumentum, et clauſula narrationis vniuerſæ iucundiſſima hæc eſt; Cantabo Domino in vita mea: pſallam Deo meo, quamdiu ſum.

Iob cap. 37. 38. 39. 40. & 41.

Pſal. 103. 34.

ſum. *Neque mirum propterea eſt, ſi antiquæ hæc exempla intuentes aliquæ ex ijs, ò animæ contemplatrices, quæ pares vobiſcum animos, et ſenſus planè eoſdem gerunt, caperentur collium deſiderio, valleſque concupiſcerent opacas, vltroque reuireſcerent ipſæ, virentium, florentiumq; arborum adſpectu. De Beata Catharina* In eius vita cap. 17. *Adorna proditum memoriæ eſt, conſueuiſſe ipſam deſcendere in hortum ſubiectum ædibus ſuis, et huiuſmodi alloquia ſerere cum plantis. Nonne vos Deus meus inſtituit, ac creauit? Nonne alumnæ Numinis? Nonne Auctori noſtro præſtatis obſequium? Ac talia cùm diceret, ſuſpirijs anhelabat ingentibus; cùm verò animaduerteret, voces illas ſuas ab alijs audiri, graui diſsimulatione, finem alloquio imponebat.*

DE LOCIS AMOENISSIMIS.

Caput XIV.

V*T autem magis, atque magis veſtro animo oblectamenta paremus, quæcumque per nos licet, amaritudinemque veſtri ſpiritus, quæ interdum maxima eſt, ſuauitate nonnulla mitigemus, adeſte pauliſper mecum ad contemplanda loca, ſeceſſuſque amœnos, quò Natura congeſſiſſe ſuas*

Digitized by Google

iucundas opes, ac velut in theatrum cumulaſſe videtur, vt ſui ſpectaculum humano generi exhiberet. Atque vt pulchriorem, admirabilioremque pompam efficeret, oculis ſimul, et mentibus mortalium alludere voluit, collocato deliciarum regno, vbi deſerta ſolitudines ſqualent. Eſt apud Quintum Curtium, quòd Alexander Magnus ad Orientem Solem, Iouis Ammonis Templum reperit prope Æthiopiam, cùm victoriarum ſuarum curſu, ſolitudines eas peragraret. Sita ea moles erat in ſqualida, et arenti planitie, cui frugiferam vim omnem Natura ipſa denegarat, eratque ſterilitate velut emortua tellus. In medio illo camporum æquore, ſi quis oculorum aciem intendiſſet, nihil aliud, quàm vndique Cælum, et vndique minutiſſimi ſabuli quaſi pelagus, adſpiciebat ſine vlla extrema ora, in qua acies conquieſceret. Torrida, et accenſa regio nullam arboris ſtirpem, nullumque veſtigium humani cultus præferebat; nullam aquæ ſcaturiginem, nihilve prorſus humidi illic reperires. Iam tantos inter ardores, incendiaque, et caminos, conſpexere Græci campum opacum vario, denſoque ramorum contextu. Siluas eas perennes aquæ rigabant paſſim emicantibus riuis. Perpetua ibi veris facies, ſemperque renidens Cælum, et anni tempora certabant inter

Q. Curtius lib. 4.

ſe,

ſe, vt partem illam terrarum vnicè condecorarent, ac bearent. In Theſſalia, Tempe ſic decorauere veterum ingenia, prodendo, et canendo de loci illius miraculis, vt certamen cum Natura quoddam habuiſſe videantur. Sanè mirifica res erat. Peneus amnis interfluebat, puriſsimas aquas vehens, quæ imminente ramorum vmbra cingebantur, atque radiabant. Tenaci gramine veſtiebantur ripæ, mollique glacie ſtratum erat fundum, et hæc omnia ſimul amœniſsimum illud Naturæ opus augebant. Planitiem ipſam inclyti duo colles includebant, et perpetuò virens ſilua coronabat locum. Paſſim aſſurgebant nitentes hederæ tumuli, circa quos horti erant varia dimenſione ad ripam vſque fluminis pertinentes, ſcenarum inſtar, qui viatores blandè recipiebant. Hos multiplici flexu lenes aquæ diſtinguebant; gratumque murmur alicunde cadentium erat. Mille ad hæc auium varietates, quæ euntes ſequebantur, et garrulo concentu leniebant itineris labores. Vt autem hanc narrationem proſequamur, quam de naturali felicitate locorum inſtitutam habemus, Daphne iuxta Antiochiam, nemus erat impenetrabile Solis radijs, in quo ſplendidiores vitro fontes, et aſſurgentes in Cælum plantæ, et cantatricum auicularum omne genus, tenebant aures, oculoſque morantium.

Plinius lib. 4. Hiſtor. cap. 8. Ouidius 1. Metamorph.

Ælianus variar. Hiſt. lib. 3. c. 1.

Strabo de Situ Orbis lib. 15.

L 2 *Tanta*

Digitized by Google

S. Chryſoſt. Tract. 3. in S. Iulian. ii.

Tanta vtique ſilua iucunditas erat, vt Antiochenos homines eloquentiſſimus ille Paſtor caſtigare neceſſe habuerit, quia nimirum ibi oblectamentorum cauſa commorarentur. Sed quid illud erit, ſi narrabo vobis, quomodo oblectamenta periclis, iucunda pœnis, cinereſque, et flamma floribus, et vmbris inſerantur? Vera tamen hæc ſunt, et talia nonnumquam mortalium oculi conſpexere; nota enim eſt, et vulgata fama montis Ætnæ, qui ſimul cum incendijs, flammiſque inexhauſtis flores alit perpetuos, qui quouis anni tempore colliguntur. Ac tanta inde ſuauitas odorum afflatur, vt venatici canes capti, et abducti ſuauitate illa dediſcant odorari veſtigia ferarum, natiuaque et inſita virtutis obliuiſcantur. Haud procul inde canaliculi aquarum cingunt prata veſtita minutiſſimis herbis: ſtatque in vicino ſpelunca tenebricoſa cum hiatu tetro, qualem eſſe adſpectum oportuit, vt reliquarum partium iucunditas mira magis ante oculos proponatur. Ac ne Sicula iſthæc miracula tam facilè tranſierim, habet eadem terra montes Heræos, qui præterquamquod multiplices aquarum venas fundunt, alunt etiam miræ proceritatis arbores, ac præcipuè quercus, eaque feraciſſima ſilua eſt. Tanta illic clementia Cæli, Soliſque, vt Natura opus manu ſatorum hor-

Plutarchus in Quæſt. Natur. Diodorus Siculus lib. [illegible] Biblioth. Hiſt.

Diodorus Siculus lib. [illegible] Biblioth. Hiſt.

torum

torum ſpeciem præſeferat. Vites, et multiformia medica mala ſpontè proueniunt, denſaque laureta cincta vallis anfractu locum dedere fabulis, vt Deorum, et Nympharum ibi natales, atque incunabula collocarent. Verùm, vt rurſus redeamus ad ſabuloſa æquora Africæ, dicimus, eſſe apud Nyſam vrbem, quam vana fabuloſitas haud parum commendat ob Bacchi educationem, et cornu Amalthea, magnam immenſamque prætorum planitiem, et hortorum miram ſedem, vberemque curſu aquarum. Non ibi vineta manum agricolæ expoſcunt, vltroque vites germinant, et ingentium arborum æquant culmina; neque pedamentis vllis eriguntur. Flant aſſiduè lenes auræ, molliſsimoque verbere aera percutiunt; vitæ ſpatia illic longiſſima mortalibus intactamque morbis ſenectam Natura ipſa diſſoluit. Per vallis ſuboſcuræ fauces in eam ſedem aditus eſt, vallem ipſam inumbrantibus ramis, auferentibuſque diei partem viatori. Vallis illius longum ſinum annoſæ arbores tenent onuſtæ pomis, aliæ quædam virentes ſemper, tamquam ſuſcepto erga mortalium oculos obſequio, ſatiari non poſſint. Trans vallem, et citra, et vndique ſcatet terra fontibus, qui à fronte, à lateribus, à tergo circumueniunt viatores, offeruntque liquores ſuos. Præterea, videtur Na-

Diodorus Siculus lib. 3. Biblioth. Hiſt.

tura

tura temperare voluiſſe tantas illas diuitias, oppoſuitque ſpecus obſcuros rotundo, et vaſto hiatu, quem ſcopuli, et praacuta cautes armant; nitet tamen armatura ipſa coloribus varijs, alibi purpureo, alibi flauo adſpectu, niuea ſpecies alibi eſt, alibi caruleus color; qui varij colores trahunt quemque in ſui admirationem. Iam quietem, et quaſi ſacra ſilentia ſolitudinis huius nihil aliud interpellat, quàm modulati cantus auium, qua ibi nidificant, et fugientis aqua lene murmur, et frondoſa arborum cacumina, qua aſsiduè percuſſa ventulis, ſibilum edunt. Neſcio nunc, an fidem abrogari totam oporteat Poetarum inuentis, atque narrationibus, quibus Alcinoi hortos, et alia pleraque ad eandem formam repraſentare contenderunt, et an credi poſsint ea, qua de Atlanticis populis apud Platonem leguntur. Apparet namque collibitum fuiſſe Natura hoc, vt ipſa ſe mirandis interdum operibus nobilitaret, quo etiam conatu, rerum ſuarum maieſtatem contulit in gemmas, atque coarctauit, ſicuti curioſiſſimus talium ſcriptor refert; In arctum coacta rerum naturæ maieſtas multis nulla ſui parte mirabilior. *Has porrò gemmas amœnitatum nequaquam contempſere ſancti homines; ac meminiſſe debemus, Cyprianum Epiſcopum egreſſum horto, recta ad marty-*

Plato in Dialog. Critias, vel Atlanticus.

Plinius lib. 37. in Procem.

Cyprianus epiſt. 83.

martyrium tetendiſſe. Quòd ſi hæc quoque patria, maternaque ſedes, quam incolimus, carere meritò non debebit generis eius laude, quam Scriptorum ſtylus impertire illi poteſt, dico ego, vicinos iſtos colles ſua amœnitate, diuinam Auguſtini mentem adeo recreare potuiſſe, vt iucundiſſimæ manſionis memoriam multo poſt tempore recoluerit hiſce verbis; Reddes verecundo pro rure illo eius Caſiſſiaco, vbi ab æſtu ſæculi requieuimus in te, amœnitatem ſempiternæ virentis Paradiſi tui, quoniam dimiſiſti ei peccata ſuper terram in Monte incaſeato, Monte tuo, Monte vberi. *Id porrò Caſiſſiacum, quem locum inclyti Doctoris verba celebrant, nos credidimus eſſe Caſſagum; coniecturamque noſtram, et natura loci, et ratio nominis, et veterum ædificiorum reliquiæ, plurimaque veſtigia antiquitatis adiuuerunt. Sed longè amœniſſima fuit ſuburbana illa Silua, quæ fugitanti paſtorales infulas Ambroſio receptaculum fuit. Exiſtimat non obſcuri nominis Scriptor, eandem poſtea Siluam diuino Paſtori domicilium præbuiſſe, vbi nimirum humili tuguriolo requieſcens, victitando, ſcribendoque florida illa volumina confecit.*

Auguſtinus lib. 9 Confeſſ. cap. 3.

Franciſc. Petrar. de Vita Solit. lib. 2. ſect. 3. cap. 2.

DE

DE GESTIENTE ANIMALIVM lætitia.

Caput XV.

ANIMANTIVM quoque nonnullorum mores, impetuſque naturales ſi reſpiciemus, inſitam nonnullis reperiemus lætitiam, quæ ignaris propemodum ipſis, geſtit atque exultat. Atque de ea re philoſophari ſic licet. Pleraque nobis ad animi voluptatem propoſita ſunt; eſtquè nobis in eo ſimilitudo quædam cùm animantibus mutis, ſed in ea ſimilitudine præcipuum nobis, ac ſingulare illud eſt, quod dum oblectamentis illis fruitur animus noſter, agnoſcit et conſiderat ipſe bonum ſuum, eaque res voluptatem auget. Reflexum actum Scholæ philoſophantium appellant, quo actu perceptæ rei fructus ſit maior, ad eum ferè modum, quo Solis radij, luxvè, ſiue color quiſpiam alius reflectendo augetur. Atque huc reſpexiſſe videtur eloquentiſſimus ille, qui dixit, excepto homine, nullum animal dijudicare quid ſit conuenientia partium, quidvè pulchritudo, et venuſtas. Cernitur autem geſtientis lætitiæ motus in auiculis præcipuè, quæ varijs modis exultant, cantu nimirum, et volatu, et agitatione multiplici. Canunt primo

M. Tull. lib. 1. de Offic.

vere

vere non ratione tantùm illa naturali, quam nunc tractare ſuperſedemus, ſed ſtimulante cauſa, de qua ſcripſit aliquis. Nam cùm eo anni tempore à Deo creatus Orbis fuerit, ornatuſque præcipuis rebus, geſtiunt animalia cuncta, campique, et colles, voluntque natales ſuos communi pompa, et alacritate, nouiſque veſtibus celebrare. Tunc cura, et ſtudium auibus eſt canere, artem, qua pollent, oſtentare, illudereque mortalium itinera volatu ſuo, quem per cæli plagas latè explicant, finduntquè aera cum venuſtate etiam quadam, et eum quaſi ludum exercent. Eſt apud Plinium amœniſsima deſcriptio volatus eiuſmodi apta recreando animo non minùs, quàm ſi volucrum agmen occurrat. Ambulatrices alias eſſe ait, ſaltatrices alias, alias etiam curſorum inſtar, et virium oſtentatione, palmam quodammodo petentes. Cernere ibi quoque eſt quaſſum alarum tum celerem, tum diſtinctum interuallis; cernere eſt alias nobilioribus tantummodo pennis vorare ſublime iter, alias tota veluti per æquor pandere vela: impellunt ſe ſe nonnulla ſubito, & violenti ictu, atque in ſublime aſſurgunt. Mox demittunt ſe ſe præcipites, tamquam ſi caderent, ac ruerent, eriguntur que rurſus, et leuitate mira multiplices implicant gyros. Feruntur immobilibus alis, et requieſcendi

Plinius lib. 10 cap. 38.

M cendi

cendi cauſa, remigio ventorum ſe ſe permittunt, ceù præſtanſſimi natatores, quibus ars, et peritia eſt inſiſtere ſummis aquis. Sed ipſarum etiam inter ſe ſe certamina, et ludos conſiderare operæpretium eſt. Prouocant enim ſe ſe non cantu ſolum, ſed ſæpe curſu: nunc roſtra immergunt vndis: nunc eas in tranſitu verberant ala: nunc ipſam infimo volatu radere tellurem amant; nunc anguſtas traijcere ſemitas volunt, traijciuntque impunè, veluti cùm nauium magiſtri moles illas arte ſua in fauces arctas inſinuant. Interdum deliteſcunt, raptimque conſurgunt ex inſidijs, vnaque aliam ludendo tamquam hoſtiliter inſectatur. Dein vbi viciſſim inſiſtere, congrediuntur, declinantque contactum, et ora propè conferunt, ac ſi haſtis inter ſe certarent. Cùm autem corporibus tantulis ſint, poſſunt in illa exiguitate complere ſono valles, campoſque concentibus varijs, et multiplici ſymphonia. Reſonant beſtiolarum illarum canoro ſtrepitu nemora, et ſilua, et alpes, et alternare choros docent antra ipſa, ſolitudineſque, regna mœroris, et ſilentij. Iuuat referre Plinij locum, cuius loci admirabilis elegantia ſe ipſam infuſcauit, ac detriuit, dùm paſſim à multis verba illa vſurpantur. Philomela, ſiue Luſcinia cantus

Plinius lib. 10. cap. 29.

deſcribitur hiſce verbis; Primum tanta vox tam

par-

paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in vna perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto: promittitur reuocato, infuſcatur ex inopinato: interdum & ſecum ipſe murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi viſum eſt, vibrans, ſummus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit: vt non ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratam efficaci auſpicio, cùm in ore Steſichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artis eſſe, plures ſingulis ſunt cantus, nec ijdem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpe vitam, ſpiritus priùs deficiente, quàm cantu. *Iam verò cæterarum animantium lætitia, quam ſenſibus illis ſuis imperfectis hauriunt, mira eſſe debet, licet ignota nobis ſit. De robuſta alacritate equi ſic ait Iobus;* Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? Gloria narium eius terror. Terram vngula fodit, exultat audacter: in occurſum pergit armatis. *Quibus verbis docet Iobus, geſtire*

Iob cap. 39. u. 19. & ſeq.

tire equum ſaltu, greſſu ludere, et hinnitu ridere. Quin etiam crediderim ego, Hebræorum linguam, quæ naturam vnamquamque ſapientiſſimè proſpiciens, nomina rebus impoſuit, notauiſſe idem animal voce ea, cui ſignificatio lætitia ineſt. Canum etiam hilaritatem cernere eſt, vel vbi ad herum rediere, vel vbi aliquid adſpexere, quod placeat, eiuſque naturæ mentio facta eſt in ſacris Litteris, quo loco paruuli Tobiæ catellus

Tobiæ cap. 11. n. 9.

geſtiens ita deſcribitur; Tunc præcurrit canis, qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuncius adueniens, blandimento ſuæ caudæ gaudebat.

Homerus Odyſ. 17.

Apud Homerum verò illum, qui mortalium penè vnus omnia cognouit ac ſciuit, canis eſt herum ſuum Vlyſſem ex longo interuallo agnoſcens, eiuſque adſpectu iucundè exultans. Neque alienum fuerit ex diuerſo conſiderare, quòd prouiderit diuina cura, ne mœſtitia animalium perinde ac lætitia manifeſta eſſet. Verùm quia eorum geſta, ſiue actus, quippe lenti eorum paſſus, et demiſſum caput, anhelituſque vehementes, et deiecti in terram oculi, diuerſas eorundem affectiones, et velut animi motus indicare poſſunt, fortaſſe id quidem argumento eſt nobis, hilaritatem aptiorem eſſe naturæ toti, quàm mœſtitiam, eumque affectum originem habere meliorem, et nobiliores etiam indicare animos;

quàm

quàm vbi triſtitia, et mæror apparet; ideoque
illam cum luce et gratia, et præmijs conferen-
dam eſſe, triſtitiam verò, et mærorem cum te-
nebris, culpis, et pænis. Videmus igitur immen-
ſos Naturæ campos adſperſos eſſe lætitiæ ſemini-
bus, placidique aliquid, & ſereni ſingulas
Vniuerſitatis huius partes præferre. Æquora
ipſa, quæ ſæuiſſima pars Naturæ eſt, meritò-
que ſæuitia ipſa, et furor appellantur, ſemina
illa hilaritatis admittunt. Ne Delphinorum Plinius lib. 9. cap. 8.
nunc per maria choreas, et ſaltus ſpectatum
ierimus, quid ſpectaculo hoc poteſt eſſe iucun-
dius, atque amœnum magis? Draco iſte, *inquit* Pſalm. 103. u. 26.
Pſalmus, quem formaſti ad illudendum ei,
omnia à te expectant, vt det illis eſcam in tem-
pore. *Videmus maiores, et robuſtiores maris*
piſces ibi quodammodo regnantes, atque iucun-
diſſimè exultantes intra fines illos ſuos, et animi
cauſa diuagantes quacumque collibitum eſt, lu-
dere illos in vndis, et ſuperfuſum aera iactis in Ezech. cap. 32. u. 2.
altum ſpumis laceſſere, ſpumaſque rurſus ipſas
excipere dorſo. Sed interrogate, ſi lubet eoſdem,
et reſponſum audite; Interroga iumenta, & do- Iob cap. 12. u. 7. & 8.
cebunt te, & volatilia Cæli, & indicabunt tibi.
Loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narra-
bunt piſces maris.

RES CREATAS NEQVE occaſionem, neque inſtrumenta mœroris eſſe homini.

Caput XVI.

QVAMVIS autem et cum nocte dies, et ſerenitas ipſa cum nubibus, et cum gelu flores alternent, minimè tamen eadem ſunt mœroris, et triſtitiæ vices, quaſi diuiſum ex æquo Vniuerſitatis huius regimen, atque imperium habeant; ſiquidem cuncta rectè reſpiciendo, comperiemus minimum quid occupare illud, quod triſte, amarumque appellamus, et particulam illam, quæ moleſtiarum, & curarum onerata nimis ſe ſe nobis offert, diuerſas, et multas ad animum exhilarandum vtilitates habere. At fortaſſe dicet aliquis: nonne tenebrarum adſpectu grauantur, atque onerantur curæ, et ingruente nocte, renouatur quidquid ſolicitet animam, et angat? Nonne ſicut oriente luce, renidet terra, Cælumque: ita noctis interuentu ſimillima luctui, lacrymiſque facies inducitur? Nonne demum, adueniente nocte, vniuerſa in ſqualore iacent, atrumque induunt colorem? Sint iſta. Iam quanta ſiue ſuperbia, ſiue vanitas illius fuerit, ſi quis

Digitized by Google

ſi quis in miſerrima hac conditione mortalitatis, ſcandere ſupra lucem ipſam velit, quam nocturni horrores quotidie pellunt Cælo, ita vt nobiliſſima illa diuinorum operum pars compellatur in anguſtos adeo terminos, cogaturque latitare res ea, quæ claritatem, et adſpectum rebus præbet? Quot ſtellæ micant ſplendore prope Solis, neque nos tamen eas videmus? An fortaſſe lux immenſa ſpatia Cæli aſſiduè non pererrat, quamuis exulet tamen longiſſimè ab oculis noſtris? Tenebras illa cum quibus æternùm diſſidet, non ſemper vincere amat: nos verò ſociam eam recuſabimus, imperabimuſque illi pro noſtro arbitratu, mutamque rem, et innoxiam oderimus? Velles ſemper auri venas inuenire montibus effoſſis, margaritarumque cauſa ſolicitare æquor: neque tamen eam acquiris artem, qua latentes in caligine theſauri inueniuntur? Nonne tu terræ matris filius es; tenebræque matris eiuſdem filiæ, ſicuti ſapienter olim dictum fuit? Et rem partu nobiſcum eandem auerſari ſic volemus? Grata quies eſt, quæ feſſos labore mortalium artus complectitur, ac fouet: neque bonos erit vllus nocti conciliatrici quietis eius, ac miniſtræ? Angunt fortaſſe quempiam, turbantque pauore defectus Solis, fremituſve terræ, ſterilitateſve, et eluuiones? Quæ cauſa mœro-

ris, et lacrymarum, niſi quia temeraria, et importuna cupiditas hominem habet vſurpandæ ſibi beatitudinis, et felicitatis omnis, interea dum cuncta Naturæ ſuis infortunijs obnoxia, et expoſita conflictantur? Tu verò voles florens eſſe, et beatus, et aſſidua hilaritate geſtiens, et renidens? Decurrunt, ac feruntur huc illuc aquæ, vt aliquem conſiſtendi locum inueniant: alimenta quærit ignis, ne deficiat: vacuum hoc, et inane, quod aera vocamus, ſindunt aßiduè venti, et flagellant: hæc ipſa cunctorum ſedes, et parens terra, licet ab Artifice ſuo firmißimis librata ponderibus, concutitur, ſtridetque, et gemit, tamquam vrente introrſus graui dolore. Ac ſi iniucundus tibi adſpectus fuerit animalium, quæ Natura vel terribili, et monſtrifica fronte, vel etiam veneno armauit, ſcias, oportet, numquam ea animalia ceù fœda, et noxia nutrita eſſe ab parente eadem Natura, ſed ſolerter inde ipſam petere remedia aduersùs crudeles tui corporis morbos, qui quidem venenoſa monſtra appellari poſſent. Atque amplius hoc ſcito, non fuiſſe Naturam, quæ per arua, ſaltuſve ſparſerit angues, ſed genus hoc omne malorum ab primi Agricolæ culpis, primoque eius crimine prodijſſe, ſicuti prima illa culpa, primumque crimen addidit floribus ſpi-

nas,

nas, et aculeos roſis, quemadmodum magnus Baſilius commentatur. S. Baſilius Hom. 5. Exam.

DE SOLITVDINE.

Caput XVII.

N*VNC ego ſolitarios homines, amicoſque ſilentij, et veræ quietis ſectatores, quibus mellis inſtar eſt alta taciturnitas, et inſtar abſinthij ſermo, ſic alloquor. Credetiſne diuerſum cuiquam eſſe ſenſum, diuerſamve rerum faciem ab ea facie, et ſenſu, quem ipſi vobis fingitis, et habetis? Fontes igitur, qui per nemora manant, amari faucibus horum erunt, et aſpera poma palato, noxiaque herbæ; eritq; nobis hoc demonſtrandum, quòd ſolitaria nimirũ vita veram animi pacem nutriat, quòdque nutriatur ipſa lacte, et melle, immo nectare illo, et ambroſia, de quibus fabuloſa antiquitas locuta eſt. Beſtiæ ipſæ incolæ, et alumnæ ſolitudinum, ſi loqui poſſent, peruerſum illum ſenſum increparent. Diſcant his magiſtris, et pecudum voce deducantur in ſolitaria, et nemoroſa loca, vt in quercuum, et pinorum, et fagorum contubernio viuant. Nimiùm citò veteris auiti ſoli memoria vobis excidit, mortales, nimiùmque citò ex ani-* Gen. cap. 2. n. 8.

Gen. cap. 2. u. 9. *mo veſtro obliterata eſt. Cùm diuina manus iſtos oculos aperiret, quid primum omnium vidiſtis? Nonne arbuſta, et viriditatem herbeſcentem? Nonne manus eadem ibi molita hominem eſt? Nonne frondes, nexuſque ramorum*

Gen. cap. 3. u. 7. *tegumenta præbuere nudo corpori? Quæ nudos artus prima tunica contexit? Nonne velamina illa frondium uere? Quam primùm auram hauſiſtis, niſi puriorem illam, et liberam, et ſilueſtrem? Nonne Sol ipſe ſolitarius eſt, ſtellæque, et animalia quæque generoſiſſima, et puriſſimi fontes, et nobiliſſimi amnes, nonne ſoliuago curſu feruntur? Ac fortaſſe tantum honorem, tantamve gratiam rupibus, nemoribuſve, et antris res vna conciliauit, quòd ea ſibi domicilia, ſedeſque Philoſophi, et vitæ perfectioris homines elegere. Scilicet illi quercus, et arbores meliores eſſe magiſtros, quàm garru-*

In vita Pythag. ex Iamb. *las porticus arbitrabantur. Sanè Pythagoræi homines matutina tempora conſumebant, ambulando procul ab hominum aliorum ſtrepitu, et adſpectu; idque ipſi vocabant,* animum conſtituere, *tamquam ſolitudo certiſſimam eius rei diſciplinam, & artem contineret. Id autem fiebat magna quadam, et grauiſſima ratione, et ſic illi vitæ huius procellas, atque tempeſtates inter ſilentia, ſeceſſuſque vitabant, quomodo*

portus,

Digitized by Google

portus, et littora aduersùs maris, ventorumque ſæuitiam receptacula nauigantibus præbent. Solitudinis opportunitas eadem eſt ad animi noſtri diſciplinam, et fructum, quem eſſe noctis vir ſapiens affirmauit. Non enim aptiores aliæ ſunt horæ colligendo animo, tenebræque ipſæ admonere mentem videntur, vt in ſe ſe deſcendat, fiatque cauta, et prudens. Ideoq; noctem ille ΕΥΦΡΟΝΗΝ Euphronin *appellauit. Vult etiam idem auctor, etymologiã vocis* ΕΠΙΣΤΗΜΗ epiſtimi, *qua voce ſapientia appellatur, oriri à voce* ΣΤΑΣΙΣ Staſis, *quæ linguæ eiuſdem interpretatione, quieſcendi, atque conſiſtendi ſenſum habet adiunctum. Miſeros igitur, et infelices appellare licet eos, qui admoniti à tempore, et à loci conditione, vacui eiuſmodi fructibus inaneſque reperiuntur, neque viuere ſe in ſolitudine commonſtrabunt; quæ ſolitudo ſi cum frequentia, et celebritate comparetur, frugiferum quoddam, ſpiranſque domicilium erit, cùm ſtrepitus, et tumultus, et clamoſæ vrbes velut mortua ſterilitate ſqualeant. Solitarios verò, qui frugiferam illam imaginem referunt animo, moribuſque ſuis, rectè comparaueris arbori, cui apud Orientis oras natura, et ingenium eſt, procul ab hominum oculis lætiores habere comas, iucundiuſque nutriri. Nomen illi eſt,* Vanga. *Ideo*

Clemens Alexãdrinus lib. 4. Strom.

N 2 *mirum*

mirum eſſe minimè debet, ſi nudas, aſperaſque rupes, ſi tot, ac tanta bona ſolitudinis, puriſſimæ Sanctorum animæ intuentes, delicias meritò fecere ſuas, ibique auidiſſimè conſtituere ſibi ſedem, et negotium ſumpſere hoc, vt quas Natura ſedes damnaſſe videretur, excolerent ipſi, ac bearent. Eremus, *nempe*, eſt Paradiſus deliciarum, *ait Baſilius*, vbi tamquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum. Sic flagrantia ſpirant odoramenta virtutum. Ibi ſiquidem roſæ caritatis igneo rubore flammeſcunt. Ibi lilia caſtitatis niueo candore candeſcunt: cum quibus etiam humilitatis violæ, dum imis contentæ ſunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non ſolùm carnis, ſed quod glorioſius eſt, propriæ voluntatis exundat, & thus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris ſuauiter ardet. *Subditque paulò poſt;* Quàm pulchra rerum ſpecies, cum frater in cella conſtitutus nocturnas peragit pſalmodias, & quaſi pro diuinis caſtris militares cuſtodit excubias. Contemplatur in Cœlo curſus ſiderum, decurrit etiam per os eius ordo pſalmorum. Et ſicut præcedentes, ac ſubſequentes ſtellæ, ad diem ſuas viciſſitudines alternando perueniunt, ita pſalmi, qui ex ore eius

§ Baſilius Opuſ. de laudibus Vitæ Solit.

eius, tamquam ex quodam oriente procedunt, ad ſuum finem paulatim velut parili cum ſideribus coniuratione decurrunt. Iſte ſuæ ſeruitutis exhibet miniſterium, illæ delegatum ſibi exequuntur officium. Iſte pſallendo intrinſecus ad lucem tendit inacceſſibilem, illæ ſibi inuicem ſuccedendo, eius exterioribus oculis viſibilem reparant diem. Et dum vtraque ad ſuum finem diuerſo tramite properant, ſeruo Dei & ipſa elementa quodammodo ſubſeruiendo concordant. *Capiat igitur ſapientiorum animos amœnitas, atque pulchritudo hæc, ac libentiſſimè commorentur intra clauſtra hæc, floridoſque labyrinthos, et ſacros horrores. Denique perſuaſum habeant; ſicuti primi homines, quibus apud Ægyptios curæ fuit excolere ſcientiarum diſciplinas, quò altiùs erigerent animum, adhibuere certa ſigna, notaſque ipſorum vocabulo Hieroglyphicas appellatas, neque opus habuere ſtylo, vel papyro, vel atramento, codicibuſve; ita ipſis vtendum eſſe corporatarum rerum formis, quæ ſub oculorum aciem cadentes, erudire ipſos poßint. Et exploratum habeant, hunc illum verè codicem eſſe, qui dißipatus in plura membra, ſparſuſque per cuncta, cernitur latiùs aliquanto, quàm illa Sibyllarum folia, quæ permiſſa ventis, ferebantur leuitate ſua,* morta-

mortaliumque genus ſomno oppreſſum ad ea contemplanda excitauere, quæ voluentibus deinde ſæculis ventura erant.

DE

Digitized by Google

DE CHRISTIANÆ MENTIS IVCVNDITATE

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM HVIVS LIBRI.

Caput I.

VOS verò, qui celeritate meditandi, volucres habetis animos, iam videtis, ampliſſima ſpatia pererrando nos, haud ſine diuini fauoris aura, emenſos eſſe montes, mariaque, et terras, et Cælum. Ac ſicuti homines, quos communis deſiderij dulcedo, ſtudiumque cognoſcendi terras alienas diu procul extra patriam tenuit, natale denique repetere ſolum amant, vnde abſuere: ita nobis nunc ad ſacrarum Litterarum monumenta redeundum eſt, tractandaque rurſus cæleſtia, et diuina, et excelſa, quæ ſanctarum animarum contubernium fuere, dum intra cuſtodiam hanc

corporis tenerentur. Jam igitur honores, et decora talium tractaturi, non inſtituemus ſermonem à caducis huius vitæ bonis, et à Naturæ rebus, in qua contemplatione cura hæc noſtra ſatis hactenus verſata eſt, ſed tota deinceps noſtra diſputatio cæleſtium rerum erit, ac per omnia contemplabimur diuinam in remunerandis ijs liberalitatem, quæ ſatiatos bonis omnibus amicos, ad æterna denique bona, tamquam ex tenebroſo Cælo, ad alterius lucidiſſimi Cæli ſplendores, Beatitudinemque ſubduxit.

DE LÆTITIA NONNVLLORVM.

Caput II.

F*ELICITATEM autem hanc ſuam, et bona hæc ſua in tantum nouere nonnulli, vt cumulato lætiſſimis cogitationibus animo, intimi ſenſus iucunditatem, vultu, motuque corporis omni, verbiſque ſingulis teſtarentur, ac præferrent, non ſine aliquo diuini moris imitamento. Scilicet Deus etiam ipſe, poſtquam Vniuerſitatem hanc crearat, probauit cunctarum rerum opportunitatem, ideoque opere ſuo delectatus eſt.* Philo lib. de Abraham. *Ita æterno Numini conuenit lætitia, ſicut Philo commentatur, cùm ipſe ſit rerum omnium Pater.*

Digitized by Google

ter. Chaldaicè legitur, delectatum eſſe Dominum in die ſeptimo, opere ſuo, quod fecerat; Gen. cap. 2. u. 2. *itemque Syriacè, recreatum eſſe, ſiuè delectatum; quarum ſanè Linguarum interpretationi plurimum à doctis viris tribuitur. Idem rerum omnium Opifex et Auctor cùm reparando, ac redimendo hominum generi, quod perierat, excelſam ſuam curam admoueret, talia quædam effatus eſſe ſcribitur;* Nunc autem ad te venio: Ioan. cap. 17. u. 13. & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. *Diuino huic verbo ſenſus ille ineſt, quaſi diceret Chriſtus, fore vt inter cæteras vtilitates, quæ ſuum in Cælum aſcenſum conſequerentur, eſſet etiam incomparabilis gaudij fructus, qui fidelium animos latè impleret. Lætandum igitur maximopere pijs hominibus eſt, quandoquidem talia extant promiſſa illius, qui deſcendit in has infelices oras, vt lætitiam ſuis, beatitudinemque portaret. Ideò Antonius ille, qui magnus* Sozom. Eccleſ. Hiſt. lib. 1. cap. 13. *appellatus eſt, ille, inquam, ſolitudinum expugnator acerrimus, erat in communi conſuetudine facilis admodum, et iucundus, et ſuauitatem incredibilem frontis et oris præferebat.* Niceph. Eccleſ. Hiſtor. lib. 8. cap. 40. *Mitis idem aduersùs incommodos aliorum mores, ac ſi qui diſputando vehementiùs exardeſcerent, cohibere placidiſſimè incendia, vimque*

O *tempe-*

Socr. Eccl. Hiſt. lib. 4. cap. 18.

temperare conabatur. Macarium autem Alexandrinum, normam illam vitæ ſeuerioris, accepimus ſales etiam, et facetiarum aliquid quotidiano ſermoni admittere interdum ſolitum fuiſſe, ſcilicet vt comitate ea iuuenum animos ad ſolitaria ſua inſtituta alliceret. Ita ille, ſicuti apud Socratem eſt, ſolitudines cogebat manſueto, et affabili ſtare vultu, nubilaque illa ſerenabat. Credidi ego, Sanctos homines tantum curæ poſuiſſe in ſcribendo, tantumque temporis ad eam rem contuliſſe, quia exercitatione illa manſuefieri ſibi animum, reddique humilem ſentirent, animaduerterentque tranquillam vitam contemplantium, ſilentiumque illud, et temperatam vitam inuitamento eſſe illis, vt ſimilibus moribus imbuerentur. Interdum etiam ſæpe animaduerſum eſt, hominum animos varietate locorum induere nouos habitus, modò manſuetudinem, modò feritatem, prauaque, ſiue honeſta imbibere, prout in quamque ſedem fuerint delati.

Gregor. in Dialog. lib. 3. cap. 14.

Iſachum Syrum, Sanctus Gregorius ait, tam læto et amœno fuiſſe ore, vt procaci, et diſſoluto ſimilis interdum videretur; qua in re ſi vitij fortaſſe nonnihil fuit, id ad maiorem Sancti hominis vtilitatem diuino permiſſu factum, Gregorius idem affirmat. Cæterùm, iucunditas, et

Baſilius in Aſſet. in Conſtit. Monaſt. cap. 3.

lætitia à Sancto Baſilio comes virtutis appellata eſt,

eſt, ſi quidem intra iuſtos ſe ſe terminos continere ſciat. Eſſena Schola, et diſciplina, quos admitteret, hilaribus eſſe volebat ingenijs; aitque Philo, quotieſcumque in conuentus eos aliquis reciperetur, ſolitum fuiſſe ſpectari, an is quandam cum grauitate iucunditatem haberet, atque id ſignificabatur etiam toga ipſa, quam habere candidam oportebat. Etiam Pythagorica ſapientia duces, cui Gentiles multum ſanè tribuerunt, diſcipulos volebant ſuos eſſe hilares, ac ſi quem eorum leniter arriſiſſe conſpexerant, hunc ad inſtituta ſua eſſe aptiſſimum arbitrabantur, probabantque manſuetudinem illam, qua gaudijs honeſtis adiuncta eſſe ſolet. Verùm, ſi memoria, auctoritates, et exempla non tam longè petita magis placent, recolat vnuſquiſque memoria famam, et inclyta facta bellatorum illorum, et amicorum ſimul, quos Marcus Tullius Cicero laudibus ſuis ornauit, quia nimirum cum ſeueritate iucunditatem animi mirificè coniungebant. Ac de ea hilaritate ſic refert; Sæpè ex ſocero meo audiui, cum is diceret, ſocerum ſuum Lælium ſemper ferè cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus è vrbe tamquam ex vinculis euolauiſſent; Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scæuola,

Philo lib. de vita contempl.

Ex vita Pyth.

M. Tull lib. 2. de orat.

la; conchas eos, & vmbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere conſueſſe, & ad omnem animi remiſſionem, ludumque deſcendere.

DE VARIIS HONESTÆ lætitiæ cauſis.

Caput III.

SANE *diuini homines, de quibus ſermo antea nobis inſtitutus fuit, iuſtas, et magnas hilaritatis ſuæ cauſas habuere, dum propoſita ſibi ante oculos ſempiternæ Beatitudinis ſede, labores ſuos breuiſſimos eſſe, ac momentaneos ſperabant. Inde ſcilicet fiebat, vt conſtantia eſſet tanta Chriſtianis, quantam Euſebius admiratur. Spe enim certiſſima ſuſtentabantur, fore vti reuiuiſcerent, vitamque nouam inchoarent beatitudinis plenam, quæ nullo vnquam fine terminaretur. Neque eſt inuoluenda ſilentio quædam iucundiſſimè narrata res, quæ apud Scriptorem eundem habetur. Torquebatur acerbiſſimè, inquit Euſebius, ab Firmiliano Iudice generoſus martyr ætate iuuenili; cùmque variè interrogaretur, ac præſertim quanam patria ipſius eſſet, reſpondit, patriam eſſe ſibi Vrbem, quæ Ieroſolyma diceretur, ſita apud Orientem Solem*

Euſebius Eccleſ. Hiſtor. lib. 5. cap. 1.

Euſebius Eccleſ. Hiſtor. lib. 8. cap. 21.

Solem; ſcilicet intimo ſenſu deſignans Cæleſtem Ieroſolymam, non autem vulgo notam alteram illam, quam habitabant mortales. Vrgebat nihilominus Iudex, vt vera ille fateretur, neque fidem eiuſmodi dictis habebat vllam. At martyr, ligatis quamquam manibus, et pedibus, brachijſque; & cruribus ob tormenta contortis, quæ noua, et inuſitata pertuliſſet, referebat eadem, et affirmabat. Cumque ſæpe Firmilianus ad interrogata ſua rediret, perſeuerebat ille, patriam eam eſſe ſibi, quam antea profeſſus eſſet, ciueſque patriæ illius homines tantum eſſe probos, et iuſtos. Tunc admiratus Iudex ſpreta et contempta tormenta, contumacemque fidem, tamquam neque caro, neque corpus vllum eſſet iuueni, ſuſpicari cœpit, coniuraſſe Chriſtianos, vt regiam arcem extruerent, quæ Romano Imperio opponeretur. Ita inſtabat acriùs, vtì ſciret quodnam ei regioni nomen, in qua ſita eſſet ignota adhuc illa ſibi ciuitas. Intereà lacerabat, feriebatque membra, et viſcera iuuenis, et martyris inclyti, qui pergens id ipſum profiteri, quod antea edidiſſet, nihil mutata vocis egregiæ conſtantia, nobili illa arte, magnanimoque inuento clauſit vitam. Cæterùm, piæ iſtæ animæ inter tormenta, doloreſque ſuos numquam ſolatio deſtituuntur, alternantque apud animum

Ad Gal. c. cap. 4.
Ad Hebr. c. p. 12.

ſuum

ſuum cum riſu lacrymas, ſicuti multorum exemplis demonſtrare promptum eſſet, ac præcipuè Beata Catharina Bononienſis, et Beata Angela Fulginatis, cuius antea meminimus. Solatia porrò ita varia ſunt, guſtuque tam multiplici, vt cùm Beatæ illi Angelæ quadam viſio oblata eſſet, eam ipſam viſionem perhibeat ipſa, millies ampliùs diſcriminatam apparuiſſe ſibi noua ſemper facie, et vultu. Hinc, quanta ſit liberalitas Numinis, apparet. Quàm magnus autem diuinæ Beatitudinis torrens futurus eſt, ſi quidem paruulus vnus riuus, et gutta vna tantos, atque tam varios ſapores habet? Sed mœrores etiam, atque ſolicitudines ipſæ, in quibus verſantur, propriam quandam iucunditatem habent, manifeſto ſcilicet, et certiſſimo ſemper vtilitatis fructu, quem tentamenta illa ſecum ferunt. Atque de eo fructu diuinum teſtimonium extat inter monumenta rerum Beatæ Gertrudæ. Namque Dominus aliquando ſic eam affatus fuerat. Vide, filia, permitti errores, et anguſtias, vt ferant humilitatis emolumenta ſecum. Habet inſuper ea diſciplina emolumentum hoc, vt dum fortuita aliqua culpa emendatur, pleraque alia tollantur ſimul, ad eum planè modum, quo mortales plerique mouentur ad eam manifeſtam labem tollendam, quæ manus inquinaſſet. Lauant eas

In eius vita Tract. 3.

Lib. 3. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap. 77.

totas, amouentque perfectè ab ijs ſordes omnes, quæ alioqui paßim manſiſſent, niſi præcipua illa macula fœdaſſet manum. Verùm, quoniam iterum in mentionem incidimus huius Gertrudæ, faciendum arbitror, vt repetam nonnulla, quæ ab hoc inſtituto ſermone minimè aliena erunt. Ea cùm recognoſceret, inſpiceretque ſingulos quotidianæ vitæ ſuæ caſus, animaduerterat eſſe ſibi vitium hoc diuturno vſu contractum, vt liberè nimis vteretur hoc verbo: Scit Deus. *Eam exuere conſuetudinem cupiens, flagrantiſſimè precabatur à Deo, vti ſibi adeſſet, ne vox vnquam ampliùs illa è ſepto dentium excideret. Cæleſte ei precationi reſponſum huiuſmodi fuit: et vtile ipſi, et Deo glorioſum eſſe lapſum illum; eamque vtilitatem, et gloriam conſequi pios homines, quoties emendandis erroribus curam et ſtudium admouerent, et aduersùs ſuas ipſi culpas, tamquam ſtrenui milites pugnam capeſſerent. Simul talia quædam dici ſibi diuinitus Beata illa Virgo audiebat, preſſam ſolicitudinibus animam, et languentem mœrore, ſimile negotium eſſe animalibus, quæ agitata diù, et fatigata, tandem venatori in manum venere. Gratiſſima enim ſolet eſſe præda eiuſmodi, præferturque longè cicuribus beſtijs, alijſve, quas cippo, vel laqueo venator idem ſit adeptus.*

Inſinuationũ Diuinæ Pietatis lib. 3. cap. 58.

Piam

Lib. 1. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap. 4.

Piam quandam animam cùm Gertruda fatigaret precibus, vt pro ſe Deum orare vellet: annuit illa, et oranti tale reſponſum dedit Dominus; Fundis tu quidem preces aſſiduas iſtius cauſa; neque animaduertis decora, et virtutes eſſe, quas tu culpas eſſe arbitraris. Nam tantis è Cœlo donis anima illa completur, vt alioqui vix humana ope regere ſe poſſit, ne inanis gloriæ vento auferatur; immo nos dolorem, atque conſternationem ipſius, ob leues illas culpas, ingentibus alijs donis remuneramus. Gertruda eadem cùm magnoperè angeretur, quia matutinis horis per valetudinem intereſſe non poſſet, dicta hæc è Cœlo audiuit: gratiùs eſſe Deo, ſi notam, modumque vnum interea caneret, quàm ſi incolumis, et benè valens multiplici cantu choros frequentaret. Cæterùm, contemplatrices iſtæ animæ, ſi fortè magno aliquo, et repentino mœrore occupatæ erunt, vſum habent, et peritiam, qua remedium expedire opportunum poſſint. De quo audiamus Caſſianum nobilem illum harum rerum magiſtrum: Abbas Daniel, vndè fit, inquit, vt dum intra tugurij noſtri tecta, lætitijs fruimur inenarrabilibus, ſuperueniant illico mœrores, quibus occupata ſtatim mens horret cellam ipſam, vacillatque, et nutat, et ebrio quodam motu agitatur? Poteſt, inquit mox, idem,

Lib. 3. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap 59.

Caſſianus Collat. 4. cap. 1.

diem, id fieri, vel vitio noſtro, vel Dæmonis fraude, vel diuino permiſſu. Quod cùm ita ſit, poterit anima iam vſu docta, et aſſueta præſidio diuino vitare damna illa, et ruinas, ſeque ſubtrahere vel incendio, vel eluuioni, quæ repente exorta erit. Fremere autem, et angi Dæmonas veris, honeſtiſque Sanctorum gaudijs, illuſtri Origenis teſtimonio comprobatum eſt. Origenes Hom. vnica in Libros Reg.

Exponebat ille populo locum illum, Exultauit cor meum in Domino; *dumque ſuſceptum argumentum proſequebatur, malo repente ſpiritu correptus quiſpiam, ingentes edere tumultus cœpit. Tunc Origenes, videtiſne, inquit, auditores, prauum illum Spiritum non poſſe lætitiam hanc noſtram ſuſtinere? Nos tamen vtique lætari oportet, ac tantò magis exultare, verba hæc ipſa ingeminantes;* Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. *Verùm, vbi mœrores noſtri à Deo proficiſcuntur, ego facere non poſſum, quin ſtudioſos vitæ ſanctioris commonefaciam eius rei, quam et mihi, et ipſis eſſe perfectiſſimam ſcio; diuino nempe permiſſu, infligi pedibus vulnera, vt caput incolume conſeruetur, morboſque ingruere nonnumquam, vt mors ipſa procul habeatur. Ac fit in hac cæleſti diſciplina id, quod in re diſsimili fieri alicubi ſcriptum le-* 1. Reg. cap. 2. u. 1.

P *gimus*

gimus, vt nempe dolor, medicina doloris ſit, hoc eſt, vt dolor vnus alium dolorem cohibeat, ac frenet; idque maxima noſtra cum vtilitate accidit, quamuis id vnum minimè animaduertant ij, qui alijs rudiores ſunt, quique miſturæ huius artem minimè callent. Planè afflictis vſu venit illud ipſum, quod ætas noſtra ſæpe admirata eſt in conditione terrarum earum, quas veteres in Orbis deſcriptione ſub Zona torrida conſtituerunt. Id nomen inditum eſt ei plagæ ex eo, quòd immodico flagraret æſtu, incendijſque ſuis abſumptura eſſe videretur, ſi qui ibi figere ſedem vellent. Iam ætas noſtra plagam eam comperit eſſe habitabilem, atque temperatam, ob flantes nimirum illic aſſiduè ventos, ob crebros imbres, ob mare propinquum, ob breues dies, noctesque longiuſculas, quæ omnia refrigerant Cælum, terramq; mitiſſimam reddunt. Atque de hoc argumento nonnulli ſatis ſcripſere. Ad huius planè terræ ſimilitudinem dicimus, piorum hominum incendia leniri, atque mitigari non à rebus iucundis tantùm, ſed ab ijs etiam, quæ moleſta eſſe ſolent. Contrarij autem, ac diuerſi noſtræ mentis motus cùm inter ſe pugnant, mentis ipſius imperium non penes vnam tantùm perturbationem eſt, à qua ſola regatur, ac moueatur. Ideoque, ſicuti ciuium

diſcordia

diſcordia non ruina ciuitatibus, ſed plerumque ſaluti fuit: ita hæc in nobis dolorum, et moleſtiarum pugna diuinitus interdum exoritur, non vt necem, ſed vt ſalutem, et pacem ferat.

DECORA, ET HONORES, quos ſacræ Litteræ iuſtis aſſignant.

Caput IV.

QVOD ſi dignitas, et honor tantopere mortalibus arrident, tantamque ſuauitatem eſca hæc habet, adeo propria mortalium animis, vt animalia cætera, veluti corrupto palato, infectaque lingua, poculi huius, lactiſve, et mellis ſaporem minimè ſentiant; quænam erit cauſa, cur veſter magnopere non recreetur animus, cùm intelligatis, voluiſſe, atque ſtatuiſſe Deum, vt ad memoriam aliorum hominum ſempiternam conſignarentur litteris ea priuilegia, & decora, quibus per varias ætates, occaſioneſve fideles ſuos amicos bonitas eadem diuina proſecuta erat? Locus hic inter ſacra monumenta, diuinoſque ſermones, multò latiùs patet, quàm ſpatia ipſa Cœli, exuberatque ingenti copia ſupra vim aquarum, quas æquoris fauces omnibus horis abſorbent.

bent. Nos ad mœroris veſtri ſolatium, et leuamen pauca quædam hiſce chartis adſpergemus, illudque primum omnium affirmamus, nullo neque Græco, neque Romano *conuentu laudationem eſſe habitam parem illis Sanctorum laudibus, quas Pſalmographus complexus eſt, cùm ita*

Pſalm. 90. n. 4. 5. 6. & 7. *caneret;* Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno? A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & Dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. *Nulla vnquam arma bellatores viros tam egregiè texere, quàm egregiè tecti, et armati diuini homines cernuntur. Ea verè ſunt ænea pectora, intrepidiquè, et inexpugnabiles animi, de qua*

Iob cap. 11. n. 17. & ſeq. *fortitudine ſic Iobus inquit;* Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cum te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer. Et habebis fiduciam, propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, & non erit, qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi. *Exitus porrò feliciſſimos eiuſmodi pu-*

Pſalm. 17. n. 33. & ſeq. *gnarum regia verba pollicentur;* Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tamquam cer-

uorum:

uorum: & ſuper excelſa ſtatuens me. Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. *Et hac demum clauſula, id, quod initio propoſitum fuerat, terminatur*; Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me. *Ac non fortaſſe promiſſa hac tam ampla res ipſa conſequetur? Non fortaſſe digna erunt, quibus fides ſit apud animum noſtrum? Nonne etiam de Sanctorum præſidio, muneribuſque altiora quædam extant?* In fame eruet te de morte: & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abſconderis: & non timebis calamitatem cùm venerit. In vaſtitate & fame ridebis; & beſtias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et ſcies quod pacem habeat tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam, non peccabis. Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. *Et quoniam minimi ſæpè honores excelſa merita teſtantur, ac declarant, ſcitote honori fuiſſe Eliſeo, quia ceù miniſter Eliæ*, fundebat aquam ſuper manus illius; *nam Textus ipſe ſic habet. Scilicet etiam ipſa menſarum reliquia,* *quæ*

Ibid. n. 40.

Iob cap. 5. n. 20. & ſeq.

4. Reg. cap. 3. n. 11.

Digitized by Google

corporis tenerentur. Jam igitur honores, et decora talium tractaturi, non inſtituemus ſermonem à caducis huius vitæ bonis, et à Natura rebus, in qua contemplatione cura hæc noſtra ſatis hactenus verſata eſt, ſed tota deinceps noſtra diſputatio cæleſtium rerum erit, ac per omnia contemplabimur diuinam in remunerandis ijs liberalitatem, qua ſatiatos bonis omnibus amicos, ad æterna denique bona, tamquam ex tenebroſo Cœlo, ad alterius lucidiſſimi Cœli ſplendores, Beatitudinemque ſubduxit.

DE LÆTITIA NONNVLLORVM.

Caput II.

FELICITATEM *autem hanc ſuam, et bona hæc ſua in tantum nouere nonnulli, vt cumulato lætiſſimis cogitationibus animo, intimi ſenſus iucunditatem, vultu, motuque corporis omni, verbiſque ſingulis teſtarentur, ac præferrent, non ſine aliquo diuini moris imitamento. Scilicet Deus etiam ipſe, poſtquam Vniuerſitatem hanc crearat, probauit cunctarum rerum opportunitatem, ideoque opere ſuo delectatus eſt.* Philo lib. de Abraham. *Ita æterno Numini conuenit lætitia, ſicut Philo commentatur, cùm ipſe ſit rerum omnium Pater.*

ter. Chaldaicè legitur, delectatum eſſe Dominum in die ſeptimo, opere ſuo, quod fecerat; itemque Syriacè, recreatum eſſe, ſiuè delectatum; quarum ſanè Linguarum interpretationi plurimum à doctis viris tribuitur. Idem rerum omnium Opifex et Auctor cùm reparando, ac redimendo hominum generi, quod perierat, excelſam ſuam curam admoueret, talia quadam effatus eſſe ſcribitur; Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. *Diuino huic verbo ſenſus ille ineſt, quaſi diceret Chriſtus, fore vt inter cateras vtilitates, qua ſuum in Calum aſcenſum conſequerentur, eſſet etiam incomparabilis gaudij fructus, qui fidelium animos latè impleret. Latandum igitur maximopere pijs hominibus eſt, quandoquidem talia extant promiſſa illius, qui deſcendit in has infelices oras, vt latitiam ſuis, beatitudinemque portaret. Ideò Antonius ille, qui magnus appellatus eſt, ille, inquam, ſolitudinum expugnator acerrimus, erat in communi conſuetudine facilis admodum, et iucundus, et ſuauitatem incredibilem frontis et oris praferebat. Mitis idem aduersùs incommodos aliorum mores, ac ſi qui diſputando vehementiùs exardeſcerent, cohibere placidiſſimè incendia, vimque*

Gen. cap. 2. u. 2.

Ioan. cap. 17. u. 13.

Sozom. Eccleſ. Hiſt. lib. 1. cap. 13. Niceph. Eccleſ. Hiſtor. lib. 8. cap. 40.

Socr. Eccl. Hiſt. lib. 4. cap. 18.

temperare conabatur. Macarium autem Alexandrinum, normam illam vitæ ſeuerioris, accepimus ſales etiam, et facetiarum aliquid quotidiano ſermoni admittere interdum ſolitum fuiſſe, ſcilicet vt comitate ea iuuenum animos ad ſolitaria ſua inſtituta alliceret. Ita ille, ſicuti apud Socratem eſt, ſolitudines cogebat manſueto, et affabili ſtare vultu, nubilaque illa ſerenabat. Credidi ego. Sanctos homines tantum cura poſuiſſe in ſcribendo, tantumque temporis ad eam rem contuliſſe, quia exercitatione illa manſuefieri ſibi animum, reddique humilem ſentirent, animaduerterentque tranquillam vitam contemplantium, ſilentiumque illud, et temperatam vitam inuitamento eſſe illis, vt ſimilibus moribus imbuerentur. Interdum etiam ſæpe animaduerſum eſt, hominum animos varietate locorum induere nouos habitus, modò manſuetudinem, modò feritatem, prauaque, ſiue honeſta imbibere, prout in quamque ſedem fuerint delati. Iſacium Syrum, Sanctus Gregorius ait, tam læto et amœno fuiſſe ore, vt procaci, et diſſoluto ſimilis interdum videretur; qua in re ſi vitij fortaſſe nonnihil fuit, id ad maiorem Sancti hominis vtilitatem diuino permiſſu factum, Gregorius idem affirmat. Cæterùm, iucunditas, et lætitia à Sancto Baſilio comes virtutis appellata

Gregor. in Dialog. lib. 3. cap. 14.

Baſilius in Aſſet. in Conſtit. Monaſt. cap. 3.

eſt,

eſt, ſi quidem intra iuſtos ſe ſe terminos continere ſciat. Eſſena Schola, et diſciplina, quos admitteret, hilaribus eſſe volebat ingenijs; aitque Philo, quotieſcumque in conuentus eos aliquis reciperetur, ſolitum fuiſſe ſpectari, an is quandam cum grauitate iucunditatem haberet, atque id ſignificabatur etiam toga ipſa, quam habere candidam oportebat. Etiam Pythagoricæ ſapientiæ duces, cui Gentiles multum ſanè tribuerunt, diſcipulos volebant ſuos eſſe hilares, ac ſi quem eorum leniter arriſiſſe conſpexerant, hunc ad inſtituta ſua eſſe aptiſſimum arbitrabantur, probabantque manſuetudinem illam, quæ gaudijs honeſtis adiuncta eſſe ſolet. Verùm, ſi memoria, auctoritates, et exempla non tam longè petita magis placent, recolat vnuſquiſque memoria famam, et inclyta facta bellatorum illorum, et amicorum ſimul, quos Marcus Tullius Cicero laudibus ſuis ornauit, quia nimirum cum ſeueritate iucunditatem animi mirificè coniungebant. Ac de ea hilaritate ſic refert; Sæpè ex ſocero meo audiui, cum is diceret, ſocerum ſuum Lælium ſemper ferè cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus è vrbe tamquam ex vinculis euolauiſſent; Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scæuo-

Philo lib. de vita contempl.

Ex vita Pyth.

M. Tull lib. 2. de orat.

là, conchas eos, & vmbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere conſueſſe, & ad omnem animi remiſſionem, ludumque deſcendere.

DE VARIIS HONESTÆ lætitiæ cauſis.

Caput III.

SANE diuini homines, de quibus ſermo antea nobis inſtitutus fuit, iuſtas, et magnas hilaritatis ſuæ cauſas habuere, dum propoſita ſibi ante oculos ſempiternæ Beatitudinis ſede, labores ſuos breuiſſimos eſſe, ac momentaneos ſperabant. Inde ſcilicet fiebat, vt conſtantia eſſet tanta Chriſtianis, quantam Euſebius admiratur. Spe enim certiſſima ſuſtentabantur, fore, vtì reuiuiſcerent, vitamque nouam inchoarent beatitudinis plenam, quæ nullo vnquam fine terminaretur. Neque eſt inuoluenda ſilentio quædam iucundiſſimè narrata res, quæ apud Scriptorem eundem habetur. Torquebatur acerbiſſimè, inquit Euſebius, ab Firmiliano Iudice generoſus martyr ætate iuuenili; cùmque variè interrogaretur, ac præſertim quænam patria ipſius eſſet, reſpondit, patriam eſſe ſibi Vrbem, quæ Ieroſolyma diceretur, ſita apud Orientem

Euſebius Eccleſ. Hiſtor. lib. 5. cap. 1.

Euſebius Eccleſ. Hiſtor. lib. 8. cap. 21.

Solem

Digitized by Google

Solem; ſcilicet intimò ſenſu deſignans Cæleſtem Ieroſolymam, non autem vulgò notam alteram illam, quam habitabant mortales. Vrgebat nihilominus Iudex, vt vera ille fateretur, neque fidem eiuſmodi dictis habebat vllam. At martyr, ligatis quamquam manibus, et pedibus, brachijſque, & cruribus ob tormenta contortis, quæ noua, et inuſitata pertuliſſet, referebat eadem, et affirmabat. Cùmque ſæpè Firmilianus ad interrogata ſua rediret, perſeuerebat ille, patriam eam eſſe ſibi, quam antea profeſſus eſſet, ciueſque patriæ illius homines tantum eſſe probos, et iuſtos. Tunc admiratus Iudex ſpreta et contempta tormenta, contumacemque fidem, tamquam neque caro, neque corpus vllum eſſet iuueni, ſuſpicari cœpit, coniuraſſe Chriſtianos, vt regiam arcem extruerent, quæ Romano Imperio opponeretur. Ita inſtabat acriùs, vtì ſciret quodnam ei regioni nomen, in qua ſita eſſet ignota adhuc illa ſibi ciuitas. Intereà lacerabat, feriebatque membra, et viſcera iuuenis, et martyris inclyti, qui pergens id ipſum profiteri, quod antea edidiſſet, nihil mutata vocis egregia conſtantia, nobili illa arte, magnanimoque iuuento clauſit vitam. Cæterùm, piæ iſtæ animæ inter tormenta, doloreſque ſuos numquam ſolatio deſtituuntur, alternantque apud animum

Ad Galat. cap. 4.
Ad Hebr. c. p. 12.

ſuum

ſuum cum riſu lacrymas, ſicuti multorum exemplis demonſtrare promptum eſſet, ac præcipuè Beata Catharina Bononienſis, et Beata Angela Fulginatis, cuius antea meminimus. Solatia porrò ita varia ſunt, guſtuque tam multiplici, vt cùm Beatæ illi Angelæ quædam viſio oblata eſſet, eam ipſam viſionem perhibeat ipſa, millies ampliùs diſcriminatam apparuiſſe ſibi noua ſemper facie, et vultu. Hinc, quanta ſit liberalitas Numinis, apparet. Quàm magnus autem diuinæ Beatitudinis torrens futurus eſt, ſi quidem paruulus vnus riuus, et gutta vna tantos, atque tam varios ſapores habet? Sed mærores etiam, atque ſolicitudines ipſæ, in quibus verſantur, propriam quandam iucunditatem habent, manifeſto ſcilicet, et certiſſimo ſemper vtilitatis fructu, quem tentamenta illa ſecum ferunt. Atque de eo fructu diuinum teſtimonium extat inter monumenta rerum Beatæ Gertrudæ. Namque Dominus aliquàndo ſic eam affatus fuerat. Vide, filia, permitti errores, et anguſtias, vt ferant humilitatis emolumenta ſecum. Habet inſuper ea diſciplina emolumentum hoc, vt dum fortuita aliqua culpa emendatur, pleraque alia tollantur ſimul, ad eum planè modum, quo mortales plerique mouentur ad eam manifeſtam labem tollendam, quæ manus inquinaſſet. Lauant eas

In eius vita Tract. 3.

Lib. 3. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap. 77.

totas,

totas, amouentque perfectè ab ijs ſordes omnes, quæ alioqui paßim manſiſſent, niſi præcipua illa macula fœdaſſet manum. Verùm, quoniam iterum in mentionem incidimus huius Gertrudæ, faciendum arbitror, vt repetam nonnulla, quæ ab hoc inſtituto ſermone minimè aliena erunt. Ea cùm recognoſceret, inſpiceretque ſingulos quotidianæ vitæ ſuæ caſus, animaduerterat eſſe ſibi vitium hoc diuturno vſu contractum, vt liberè nimis vteretur hoc verbo: Scit Deus. *Eam exuere conſuetudinem cupiens, flagrantiſſimè precabatur à Deo, vti ſibi adeſſet, ne vox vnquam ampliùs illa è ſepto dentium excideret. Cæleſte ei precationi reſponſum huiuſmodi fuit: et vtile ipſi, et Deo glorioſum eſſe lapſum illum; eamque vtilitatem, et gloriam conſequi pios homines, quoties emendandis erroribus curam et ſtudium admouerent, et aduerſùs ſuas ipſi culpas, tamquam ſtrenui milites pugnam capeſſerent. Simul talia quædam dici ſibi diuinitus Beata illa Virgo audiebat, preſſam ſolicitudinibus animam, et languentem mœrore, ſimile negotium eſſe animalibus, quæ agitata diù, et fatigata, tandem venatori in manum venere. Gratiſſima enim ſolet eſſe præda eiuſmodi, præferturque longè cicuribus beſtijs, alijſve, quas cippo, vel laqueo venator idem ſit adeptus.*

Inſinuationũ Diuinæ Pietatis lib. 3. cap. 58.

Piam

Lib. 1. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap. 4.

Piam quandam animam cùm Gertruda fatigaret precibus, vt pro ſe Deum orare vellet: annuit illa, et oranti tale reſponſum dedit Dominus; Fundis tu quidem preces aſſiduas iſtius cauſa; neque animaduertis decora, et virtutes eſſe, quas tu culpas eſſe arbitraris. Nam tantis è Cœlo donis anima illa completur, vt alioqui vix humana ope regere ſe poſſit, ne inanis gloriæ vento auferatur; immo nos dolorem, atque conſternationem ipſius, ob leues illas culpas, ingentibus alijs donis remuneramus. Gertruda eadem cùm magnoperè angeretur, quia matutinis horis per valetudinem intereſſe non poſſet, dicta hæc è Cœlo audiuit: gratiùs eſſe Deo, ſi notam, modumque vnum interea caneret, quàm ſi incolumis, et benè valens multiplici cantu choros frequentaret. Cæterùm, contemplatrices iſtæ animæ, ſi fortè magno aliquo, et repentino mœrore occupatæ erunt, vſum habent, et peritiam, qua remedium expedire opportunum poſſint. De quo audiamus Caſſianum nobilem illum harum rerum magiſtrum: Abbas Daniel, vndè fit, inquit, vt dum intra tugurij noſtri tecta, lætitijs fruimur inenarrabilibus, ſuperueniant illico mœrores, quibus occupata ſtatim mens horret cellam ipſam, vacillatque, et nutat, et ebrio quodam motu agitatur? Poteſt, inquit mox, idem,

Lib. 3. Inſinuationum Diuinæ Pietatis cap 59.

Caſſianus Collat. 4. cap. 2.

diem, id fieri, vel vitio noſtro, vel Dæmonis fraude, vel diuino permiſſu. Quod cùm ita ſit, poterit anima iam vſu docta, et aſſueta præſidio diuino vitare damna illa, et ruinas, ſeque ſubtrahere vel incendio, vel eluuioni, quæ repente exorta erit. Fremere autem, et angi Dæmonas veris, honeſtiſque Sanctorum gaudijs, illuſtri Origenis teſtimonio comprobatum eſt. Origenes Hom. vnica in libros Reg.

Exponebat ille populo locum illum, Exultauit cor meum in Domino; *dumque ſuſceptum argumentum proſequebatur, malo repente ſpiritu correptus quiſpiam, ingentes edere tumultus cœpit. Tunc Origenes, videtiſne, inquit, auditores, prauum illum Spiritum non poſſe lætitiam hanc noſtram ſuſtinere? Nos tamen vtique lætari oportet, ac tantò magis exultare, verba hæc ipſa ingeminantes;* Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. *Verùm, vbi mœrores noſtri à Deo proficiſcuntur, ego facere non poſſum, quin ſtudioſos vitæ ſanctioris commonefaciam eius rei, quam et mihi, et ipſis eſſe perfectiſſimam ſcio; diuino nempe permiſſu, infligi pedibus vulnera, vt caput incolume conſeruetur, morboſque ingruere nonnumquam, vt mors ipſa procul habeatur. Ac fit in hac cæleſti diſciplina id, quod in re diſſimili fieri alicubi ſcriptum le-* 1. Reg. cap. 2. n. 1.

gimus, vt nempe dolor, medicina doloris ſit, hoc eſt, vt dolor vnus alium dolorem cohibeat, ac franet; idque maxima noſtra cum vtilitate accidit, quamuis id vnum minimè animaduertant ij, qui alijs rudiores ſunt, quique miſtura huius artem minimè callent. Planè afflictis vſu venit illud ipſum, quod atas noſtra ſape admirata eſt in conditione terrarum earum, quas veteres in Orbis deſcriptione ſub Zona torrida conſtituerunt. Id nomen inditum eſt ei plaga ex eo, quòd immodico flagraret aſtu, incendijſque ſuis abſumptura eſſe videretur, ſi qui ibi figere ſedem vellent. Iam atas noſtra plagam eam comperit eſſe habitabilem, atque temperatam, ob flantes nimirum illic aßiduè ventos, ob crebros imbres, ob mare propinquum, ob breues dies, noctesque longiuſculas, qua omnia refrigerant Calum, terramq; mitiſſimam reddunt. Atque de hoc argumento nonnulli ſatis ſcripſere. Ad huius planè terra ſimilitudinem dicimus, piorum hominum incendia leniri, atque mitigari non à rebus iucundis tantùm, ſed ab ijs etiam, qua moleſta eſſe ſolent. Contrarij autem, ac diuerſi noſtra mentis motus cùm inter ſe pugnant, mentis ipſius imperium non penes vnam tantùm perturbationem eſt, à qua ſola regatur, ac moueatur. Ideoque, ſicuti ciuium

diſcordia

diſcordia non ruina ciuitatibus, ſed plerumque ſaluti fuit: ita hæc in nobis dolorum, et moleſtiarum pugna diuinitus interdum exoritur, non vt necem, ſed vt ſalutem, et pacem ferat.

DECORA, ET HONORES, quos ſacræ Litteræ iuſtis aſſignant.

Caput IV.

QVOD ſi dignitas, et honor tantopere mortalibus arrident, tantamque ſuauitatem eſca hæc habet, adeo propria mortalium animis, vt animalia cætera, veluti corrupto palato, infectaque lingua, poculi huius, lactiſve, et mellis ſaporem minimè ſentiant; quænam erit cauſa, cur veſter magnopere non recreetur animus, cùm intelligatis, voluiſſe, atque ſtatuiſſe Deum, vt ad memoriam aliorum hominum ſempiternam conſignarentur litteris ea priuilegia, & decora, quibus per varias ætates, occaſioneſve fideles ſuos amicos bonitas eadem diuina proſecuta erat? Locus hic inter ſacra monumenta, diuinoſque ſermones, multò latiùs patet, quàm ſpatia ipſa Cæli, exuberatque ingenti copia ſupra vim aquarum, quas æquoris fauces omnibus horis abſor-

uorum: & ſuper excelſa ſtatuens me. Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. *Et hac demum clauſula, id, quod initio propoſitum fuerat, terminatur;* Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me. Ibid. u. 40.
Ac non fortaſſe promiſſa hæc tam ampla res ipſa conſequetur? Non fortaſſe digna erunt, quibus fides ſit apud animum noſtrum? Nonne etiam de Sanctorum præſidio, muneribuſque altiora quædam extant? In fame eruet te de morte: & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abſconderis: & non timebis calamitatem cùm venerit. In vaſtitate & fame ridebis; & beſtias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et ſcies quod pacem habeat tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam, non peccabis. Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. Iob cap. 5. u. 20. & ſeq.
Et quoniam minimi ſæpè honores excelſa merita teſtantur, ac declarant, ſcitote honori fuiſſe Eliſeo, quia ceù miniſter Eliæ, fundebat aquam ſuper manus illius; *nam Textus ipſe ſic habet. Scilicet etiam ipſa menſarum reliquiæ,* 4. Reg. cap. 3. u. 11.

quæ

quæ ſuperfuere diuinis hominibus ſacræ res habentur. Quoniam verò ſacræ item Litteræ dictæ quædam alia mirifica habent, nequaquam auari talium dictorum eſſe debemus erga eos, qui legere, et contemplari hæc volent. Sunt autem huiuſmodi; Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra Venientq; ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum.

Deut. cap. 28. n. 1. & ſeq.

Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. *Denique infinita Numinis liberalitas erga fideles ſuos amicos talis eſt, qualem Rex Salomon in Reginam Sabam contulit, cùm daret ei omnia, quæ voluit, et petiuit ab eo, ſicuti in tertio Libro Regum extat. Non autem recuſabo ego, piæ mentes, ſi quæ fortè veluti cibum depromi ſibi nunc poſtulent exquiſitiſſimi, ac ſuauiſſimi ſaporis litteras, fietque libenter, vt in hortos illos odoratiſſimos deducantur, atque coronandis ipſis ramos inde, floreſque decerpamus.*

3. Reg. cap. 10. n. 18.

Magnam

Magnam vtique teneritudinem, ingentemque flammam oportet eſſe amoris illius, quem non incommoda ſolùm amici ſolicitum habeant, ſed minima quoque incommodorum, ſiuè moleſtiarum vmbra angant, et perturbent, ita vt talia quadam effari amor neceſſe habeat; Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit. *Quòd ſi flamma peruenerit illuc, vt laceſſat, et quarat vltro ſibi moleſtias, atque ſolicitudines, qua ad amici commoda, voluptatemque redundent, nonne teſtatus ſatis, certiſſimuſque amor, et manifeſta cura illa erit?* Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. *Quid ſi mirifica verba depromemus è ſacrarum Litterarum monumentis, qua tantam diuini amoris vim declarent, quantam Dominus, et Auctor ille rerum capere ſe non poſſe profitetur?* Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. *Vbi verò amici facies, et forma, ſtatus, ingreſſus, veſtis denique ipſa, et ſingula partes laudibus ampliſſimis ornantur, nonne certiſſima hac etiam ſigna amoris erunt? Erunt ſanè, taleque carmen inſtituit Sponſus declarandis amoribus, quos erga Virgi-*

Cant. cap. 2. u. 7.

Cant. cap. 5. u. 2.

Cant. cap. 6. u. 4.

Virginem illam ſuam honeſtiſsimè conceptos habere t.

DE ANGELORVM præſentia.

Caput V.

N*VNC veluti gradum facientes à verbis ad res ipſas, ſiuè à conſilijs ad facta, ſiue ab occultis ad manifeſtos honores, diuina ope freti tractare aggrediemur, quomodo Beati Spiritus ſumpſerint ſibi curam hanc, ſtudiumque ſingulare, vt contemplatricium animarum nonnullas omni ſuo fauore, et obſequio proſequerentur, ipſiſque apertè miniſtrarent. Quorum ſanè Caleſtium Spirituum quanta ſit pulchritudo, virtuſque, et poteſtas, hoc loco demonſtrare nihil attinet. Memorabile quidem vnius è veſtro numero dictum extat: ſi Cuſtodum Angelorum ora, vultuſque cernerentur oculis, nullam in ſe labem mortales eſſe ſuſcepturos, ne ſcilicet præſides illos, tutelareſque ſuos peccati indignitate conturbarent. Et Catharina Conuerſa, cùm renidentium Angelorum ſpeciem in cubiculo ſuo conſpexiſſet, caleſti iucunditate delibuta ſoluebatur, ſplendorque rubicundus mulieris genas*

occupa-

occupabat, erumpente magnitudine gaudij, etiam complures fortè adeſſent. Sed quæ mulieres, virgineſque diuinam in ea re liberalitatem præcipuè expertæ fuerint, hæ produntur, Lyduuina ſcilicet [A] *virgo, Eliſabetha* [B] *ſoror Echerberti Regis, eademque Monaſterij Comagienſis antiſtes, Maria* [C] *Oegniacenſis, et Sancta Franciſca* [D] *Romana. Ego verò id ſum allaturus, in quo fortaſſe laboraret fides, niſi grauiſſima litteræ, et publica hiſtoriarum auctoritas eſſet, quæ nullo modo repudiari poteſt, aut infirmari. Sum, inquam, dicturus, quemadmodum Angelici Spiritus non ſolùm ſe ſe adſpiciendos præbuerint latiſſima illa Specie, qua ſpectantur, ſed nouas quoquè figuras aſſumpſerint, iiſque mirabiliter induti, ſe ſe obtulerint oculis. Nam Sanctæ virgini Coletæ inter alia multa, quæ diuinitus illi obtigerunt, etiam hoc datum fuit, vt candoris eximij beſtiola quotidie ad ipſam ingrederetur, qualem nempe beſtiolam neque vidiſſet antea quiſquam, neque poſſet dicere cuiuſmodi ea eſſet. Apparebat autem virgini per interualla; et cùm aliquandiù fuiſſet in conſpectu, dilabebatur; fruſtraque contubernales aliquoties eam captarant, et Coleta ipſa interdum ſecuta beſtiolam eam, vnà cum ea deſierat apparere, oculiſque gregalium aliquandiu*

[A] Io. Brugmannus in eius vita par. 1. cap. 8.
[B] M. Marulus lib. 2. cap. 4
[C] Iacobus de Vitriaco in eius vita. lib. 2 cap 8.
[D] Iulius Vrſinus in eius vita. lib. 1. cap. 14.

Stephanus Iuliacus in eius vita cap. 19.

diu ſubducta requirebatur. Id cùm ita fieret, credere cogimur, rem aliquam fuiſſe cæleſtem, myſteriumq; diuinum, quod humana coniectura mentis minimè caperet. Eſtque apud Stephanum Iuliacum ſic expoſita res. Nos autem dicimus, ea ſimulacra, ſpecieſque vel exhibuiſſe Angelos, vel aſſumpſiſſe ipſos, quemadmodum in Sancti Ioannis Apocalypſi aſſumpſiſſe talia quædam apparet; nec de ea re ſecus commentatur Dionyſius Areopagita, quo loco diuerſas Angelorum formas tractat. Hinc vim ſapientiæ Dei, eiuſdemque manſuetudinem admirari debemus illis quoque verbis expreſſam, ac declaratam; Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum. *Veteres Chriſtiani maiores noſtri eiuſdem diuinæ manſuetudinis imitationem adeò amauere, vt iuberet Clemens Alexandrinus in ſignatorijs annulis incidi columbas, non autem iacula, neque arcus. At in Canticis Paſtoritia illa puella Paſtorem ſuum hinnulis ceruorum ſimilem facit propter pecudis eius amabilitatem. Nec alia fortaſſe Saluatori noſtro cauſa fuit complectendi ſic paruulos in Euangelio, quàm quia manſuetiſsimis, atque ſimpliciſſimis eorum moribus Conditor* ipſe

Dionyſ. Areop. de cæleſti Hierar. cap. 5.

Prouerbiorum cap. 8. n. 30. & 31.

Clem. Alexandr. lib. 3. Pædag. cap. 11.

Cant. c. 8. n. vlt.

ipſe rerum lætaretur. Poſſum ad eiuſdem diuinæ commendationis inditium, atque declarationem, referre mirum quiddam, et verum; ſcilicet cecinisse aliquando auiculas Angelorum iuſſu, vt diuinæ mulieri oblectamentum illud eſſet, cuius poſtea nomen Sanctorum numero Gregorius Nonus ritè adſcripſit, ſicut in illius vita traditum eſt. Ea fuit Eliſabetha filia Pannoniæ Regis, quæ cùm fortè decumberet ægra, modulabatur quendam aliquando ſonum vocis eiuſmodi, qualis cycnorum eſſe cantus fertur. Cùmque modos illos ſuauiſsimos admirata ancilla obſtupeſceret, eiuſque admirationem Regia mulier ſenſiſſet, deſine, inquit, admirari; namque delapſa iuſſu diuino cælitus auicula, conſedit in anguſtijs hiſce, lectulum inter et parietem; tantaque ſuauitatis melos exorſa eſt, vt exanimi, ſicuti vides, iam propè corpore, facere non potuerim, quin cæleſtes illius ego modos proſequerer. At dicite tandem, incolæ ſolitudinum, quiſnam cantus illius erat magiſter? Nonne Angeli erant? An leue id fortaſſe afflicto animo fuiſſe ſolatium dicetis? Nihil inter Numinis arcana leue eſt, proculque abeſſe verbum hoc oportet, reputantes elucere diuinæ potentiæ vim tam in magnis, quàm in paruis rebus. Atque in viſionibus etiam alijs, quæ ecſtaticis obijciuntur,

Iacobus Montanus Spirenſis in eius vita cap.

tur, ſæpe vſu venit. vt minima vna res, et particula vna viſionis fiat vniuerſæ iucunditatis caput. Narrabat enim mihi nuper ecſtatica vna, cùm ſibi obiecta ſpecies eſſet infantis Chriſti, non aliud in ea ſpecie ſibi fuiſſe iucundum magis, quàm dum aureolos crines contemplaretur, quibus diuinum caput adſperſum videret. Ideoque Sponſus ille Canticorum cæleſtis amandi Magiſter, inter alia diſciplinæ illius arcana, quæ continet amatorius is Liber, hæc habet;

Cant.cap.4.u.9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa : vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

DE SANCTIS Tutelaribus.

Caput VI.

T*VTELARES verò Sancti, quos nomine hoc appellare poſſumus, veluti partitas cum Angelorum Choris habent vices, vt nouo ſemper, et peregrino aliquo inuento doceant quanto Dei ſeruos proſequi honore debeamus. Suntque contemplantium animis Tutelares iſti familiares magis inter viſiones, et ipſi viciſſim contemplantes propenſione quadam magis in eos ferun-*

Digitized by Google

feruntur. Maria quidem Oegniacenſis adeo familiaris conſuetudine fuit cum aliquibus præcipuè Sanctis, vt quæ notitia vicinis inter ipſos eſſe conſueuit, ea Beatæ huic mulieri cum Sanctis illis intercederet. Quin etiam cernebat ipſa oculis, agnoſcebatque Sanctos aliquos, quorum nomina minimè nota erant cæteris eius terræ hominibus, quam ipſa incolebat. Peregrini illi Cælites ſe ſe mulieri offerebant vltro, admonebantque eam, diem hunc, vel illum dicatum eſſe eorum celebritati, atque inuitabant, vt eum diem ipſa quoque recoleret, feſtumque haberet. Eiuſdem Mariæ Oegniacenſis illud quoque fuit ex interiore quadam animi ſui lætitia, ſpiritalique guſtu, ſentire, atque agnoſcere feſtos alios dies, quamuis nullo alio diſcrimine, nullove inditio diſtinctos à profeſtis diebus haberet. Aiebat enim celebritatum illarum exortu, geſtire ſibi animum ſolenni gaudio, ſenſuſque ſuos omnes ad gratulationem illam excitari. Hermannus fuit inter Steindeluenſis Eccleſiæ canonicos ætatis ſuæ decus, et ornamentum, floruitque ſanctimoniæ fama circa annum ſalutis noſtræ milleſimū ducenteſimum vigeſimum quintū. Magna huic inclyto Sacerdoti familiaritas cum Tutelaribus Sanctis fuit, ac cū Sancta præſertim Vrſula, et agmine ſuo, quod ſæpe veniebat ad eum, arcanaque

Iacobus de Vitriaco in eius vita lib.2.cap.8.

In eius vita cap. 26.

naque

naque multa reuelabat. Et accidit aliquando diuinum, atque admirabile iſtud, vt cùm canonicus puriſſimi illius agminis virginum celebrare laudes ob eximiam ſuam in illas pietatem ſtatuiſſet, eiuſque laudationis carmen legitimo cantu modularetur, adſtaret virginum vna, dictaretque ſcribenti familiariſsimè ſingula verba, & numeros, et notas. Iam quanta moribus hiſce gratia, et amabilitas ineſt? Quanta iucunditas cæleſtibus animis? Non poterant mortalium vota ſupra iucunditatem eam quidquam expetere, niſi ampliora etiam quædam ex ſuprema illa Regia in hominum genus munera diſpenſarentur. Nunc an vera ea ſint, quæ à me afferentur, iudicate. Hermannus ille, de quo ſermo nobis incidit, cùm fortè per occupationes monaſterij, in quo ſicuti vetus inſtitutum fuit, vnà cum cæteris canonicis viuebat, aliquid ex quotidiana, et aſsidua precatione omiſiſſet, ac ſuas quaſdam Deiparæ Virgini, cui dedititiſſimus erat, perſoluere preces intermiſiſſet, non placuit Angelorum Reginæ, obliuioni ſe ſe ab Hermanno quacumque de cauſa traditam fuiſſe. Dum igitur ad monaſterij fores Hermannus ille excubaret, magnoperè intentus, ne nocturni fures, qui tunc fortè metus erat, ad compilanda templi ornamenta intrarent, obtulit ſe ſe illi vetula

vna

vna mulier, pannoſa ſatis, et ſqualido vultu, propiuſq; accedebat tamquam allocutura ipſum. Is ex motu quidem, et inceſſu ſenſerat adeſſe aliquem, ſed cum obſcura admodum tenebra eſſent, muliebrem dignoſcere vultum minimè poterat, ac magnopere ſuſpicatus adeſſe inſidias, quiſnam ille noctiuagus eſſet, exclamat: reſpondit illa, cuſtodem eſſe monaſterij, quod iam diu ipſa tuendum ſuſcepiſſet. Tunc Hermannus, agnita illius voce, cuius dignoſcere vultum non potuerat, tenerrimè commotus, tu ne, inquit, igitur ades, ò Roſa? Scilicet Roſa nomine Deiparam Virginem Hermannus ob familiaritatem appellare interdum ſolitus erat, idque tunc nomen vſurpauit. Cumque nomen, interrogationemque eam excipiens Deipara, ſe verò illam eſſe reſpondiſſet, perculſus quidem admiratione, ſed mox collecto animo Hermannus, interrogat rurſum, quid ita nouum illum, triſtemque habitum ſumpſiſſet? At Virgo, ſumpſi, inquit, vt talis tibi apparerem, qualem ipſe me animi tui ſenſu facis, contemptam nimirum, et inuiſam ob ingraueſcentes annos. Non caperet mens humana, amici chariſſimi, magnitudinem huiuſcemodi verborum, niſi diuina miſericordia, bonitatiſque magnitudo etiam ſupergreſſa terminos hoſce eſſet, ac niſi bonitas eadem, et miſericor-

dia

dia erga hominum genus eò proceſſiſſet, què deſcendiſſe ipſam, veriſſimum Iſaiæ vaticinium declarat; Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum. Deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus: vnde nec reputauimus eum.

Isaiæ cap. 53. v. 2. 3.

DE INFIRMITATIBVS.

Caput VII.

P*ORRO miſericordia eadem, bonitaſque diuina, cui cura eſt ceu paruulos infantes alere lacte, corporis animique noſtri curam mirificis quibuſdam modis agit. Angela Fulginas cùm aliquãdo grauiſſimè ægrotaret, apparuit ei Dominus, ac ſi oculis cerneretur, commotuſque humaniſsimè miſericordia acerbiſſimi doloris, quem illa ſuſtinebat, ſocium ſe ſe præbens, talia quædam aiebat. Adſum tibi miniſtraturus, miniſtrabatque ita, vt ante lectulum ſtaret tanta cum benignitate, et gratia, quantam hominum lingua explicare non poſſit; clariùſque cernebat illa præſentem Dominum mentis oculis, quàm oculorum acie ab vllo mortalium cerni poſſint* *ea,*

In eius vita.

ea, quæ ſub adſpectum cadunt. Diuinus igitur amor ſerui formam induit. ſicuti res hæc narrata demonſtrat; idemque Diuinus amor canonicum etiam illum Hermannum eripuit manifeſto vitæ diſcrimini eius voce, qua conceperat, ac pepererat ſe ipſa [a] *manſuetiorem, atque* [b] *humiliorem, et demiſſum magis. Huic fortè Hermanno ægrotanti ſecta erat brachij vena mittendi ſanguinis cauſa, cumque recentiſſimum vulnus eſſet, ipſe nocte inſequenti in partem eã cubans, corpore toto premebat plagam, ita vt plurimus haud ſine manifeſto exitio manaret ſanguis. Nec ſenſerat ipſe apertam plagam, neque in caſu illo inopinato poterat expectare cuiuſquam opem, niſi Deipara adfuiſſet, quæ compellato nominatim iuuene, et excitato, premis, inquit, inciſa nuper vena brachium, eaque vena nondum obducta, ſanguinem effundit. Id cùm effata eſſet ſanctiſſima Dei Mater, manibus ſuis beatis prehendit iuuenis brachium, collocauitque ita, vt nullum dormienti periculum inde eſſet. Sed quantopere grata ſit, et accepta Deo ſuorum tranquillitas, et quies, ipſius Dei teſtimonio declaratum eſt. Cum enim de Beata Gertruda Sanctam aliam animam affaretur, dixit, offenſum ſe ſe nequitijs hominum, ad illam ſæpè ventitare conſueſſe, omnemque*

a Ad Philipenſ. cap. 2. u. 7.
b Matth. cap. 20. u. 28.

lib. 1. Inſinuat. Diuinæ Pietatis cap. 4.

ſolicitudinem in virginis illius humillima pietate deponere, indeque capere voluptatem miram.

NOMINA, QVÆ DIVINIS hominibus obtigere.

Caput VIII.

VERVM quia ſermo à nobis antea de quadam commutatione nominum inſtitutus fuit, ea res monet, vt de nominibus eiuſmodi parumper agatur, ſiue priùs impoſita fuerint Dei amicis, ſiue deinde ob cauſam, rationemve aliquam commutata. Planè nomina, appellationeſque illæ referunt ipſius Domini manſuetudinem, et iucunditatem, quæ olei ſuauiſſimi, balſamique, et ſaccari, et mannæ ſimilitudine in ſacris Litteris declarata eſt. Saporum autem iſtorum ſemina latè exuberant in Canticorum hortis, quo in carmine hæc habentur. Amica [A] mea; Dilecta [B] mea; Columba [C] mea; Sponſa [D] mea; Soror [E] mea; Immaculata [F] mea; Regia [G] ſtirpis filia. Atque credibile eſt, Diuinum eundem Spiritum eadem loquendi conſuetudine alibi vti voluiſſe. Namque ad illuſtranda eorum merita, gloriamque, quos ipſe amore ſuo dignatus eſſet,

Cant. cap. 1. u. 3.

A Cant. cap. 1. u. 15.
B Cant. cap. 2. u. 7.
C Cant. cap. 2. u. 14
D Cant. cap. 4 u. 8.
E Cant. cap. 4. u. 9.
F Cant. cap. 5. u. 2.
G Cant. cap. 7. u. 1.

eſſet, mirifica illis cognomenta indidit. Pro Beata Gertruda cùm perſona aliqua precaretur, huiuſmodi voces audiuit; iſta, cui te deprecatricem præbes, Columba mea eſt, cui fel in pectore nullum: lilium, et roſa mea eſt: hybernus ea mihi flos perpetuò virens. Eiuſdem Gertrudæ cauſa cùm aliquando funderentur preces, vt aliquod è Cælo reſponſum, præſagiumve eliceretur, vox hæc Diuina audita eſt: dicito illi meo nomine; pulchra, et amæna; cùmque precandi finis non fieret, nihil elici aliud potuit. Animaduertenda præterea eſt Diuini ſermonis breuitas, ſciendumque, diſputationes prolixas, et meditamenta nonnulla, quæ ſapiunt quiddam humano conſilio, et arte compoſitum, Ecſtaticis minùs apta, et tuta eſſe, quàm breuitatem ſermonis, quæ videtur eorum maximè propria, qui Diuini ſpiritus, et prudentiæ laude excellunt. Interdum etiam eſt facta commutatio nominis, non ſine myſterio aliquo, reuelationeque cæleſti, ſicuti canonico Hermanno accidit ei, de quo antea memoratum eſt; qui cùm aliquando nocturnas horas precando conſumpſiſſet, ac mandaret deinde ſe ſe lectulo, Deiparam vidit habentem inter vlnas Diuinum Infantem. Ab ea ſalutatus, compellatuſque familiariter, et ſolita ſua fiducia confirmatus, precor inquit,

Lib. 1. Inſinuat. Diuinæ pietat. cap. 4.

Ibid. cap. 10.

R 2 Do-

Domina, vt Cæleſtem iſtum Infantem porrigere mihi parumper velis. Id ſubitò factum eſt, ſubiecitque Deipara talia quædam; placet nobis geſtari à te Infantem hunc, ſicuti geſtauerat eum Sponſus noſter Ioſeph, dum in Ægyptum iremus; placetque hoc ampliùs, vt, ſicuti hoc geſtandi munere Sponſum refers, ita referas etiam nomine, Ioſephique nomen tibi deinde erit, et eam poſteà ſemper appellationem vſurpauit ipſe, percrebruitque paulatim inter notos conſuetudo ſic eum appellandi. Sed amœniſſimè, et ſuauiſſimè quiddam aliud huic eidem accidit Hermanno, dum ei fortè repente eundum eſſet ad ſacratarum virginum ædes, quæ Eccleſiæ illi Steindeluenſi ſubiectæ erant. Agebat in eo monaſterio virginum vna admodum dedita cæleſtium rerum contemplationi, quam virginem ſanctiſſima Dei Mater, cùm ei apparuiſſet, in hunc modum affata eſt. Aderit iſtic hodie fidus noſter ædituus: date operam vniuerſæ, vt honorificentiſſimè, et humaniſſimè eum excipiatis. O fluxos mortalium honores, pompaſque caducas, quàm ſemper vana, et puerilia, et ludicra vos eſſe duxi! Vos verò mortales, geſtite, et exultate, ſi quis vos fortè ſalutat, ſi caput, et genua flectit, verritque pede ſolum; exultate ſanè, et geſtite, ſiquidem iuſta cauſa eſt, cùm

terræ vermes amictu cooperiere vos ; ſiue cùm gemmis, margaritiſque cooperti, fulgetis inter tenebras, ſicuti nocturnæ cicindelæ in paludibus fulgent. At Cæleſtes homines, et Dei ſerui iuſtiùs aliquantò triumphabunt hoc ipſo, quòd Virgo Deipara prænuntiam ipſis itinerum ſeſe præbuit, vt honoris ipſorum cauſa, pompa adornaretur. Elegans profani Scriptoris dictum Plin.lib. 9. cap. 35. *fuit, nobilibus matronis gemmas eſſe lictorum; ſiue antecurſorum inſtar, quæ ad earum ingreſſum turbam ſubmoueant. Ita planè non Orientalis hæc, ſed Cæleſtis margarita pompam parat aſſeclis ſuis, vt ſint omnibus admirationi.*

DE NONNVLLORVM corporum pulchritudine.

Caput IX.

P*RÆBVIT autem locum huic admirationi interdum etiã pulchritudo corporum, aliave decora, et munera, quæ per ſingulas partes ipſis obtigere. Hunegunda Virgo cùm expiraſſet, ita* In eius vita cap. 15. *radiabat illius corpus, vt ad pectus vſque radij fulgerent gemmæ inſtar; quædam verò ſcintillæ ita feriebant intuentium oculos, vtì perſtrin-*

In eius vita cap. 10. *gerent aciem. At Eliſabetha filia Pannoniæ Regis etiam cùm viueret, lucidiſſimo adſpectu fulgere viſa eſt ad ſtellæ matutinæ ſimilitudinem, tantaque vis, et copia luminis erat, vt radios eiacularetur, non ſine offenſione oculorũ, ſi quis contra adſpicere voluiſſet. Porrò alia quædam altiſſimæ virtutis femina non prætulit illa quidem huius quotidiani Solis radios ore, vultuque ſuo, ſed ipſo prætulit pectore verum Beatarum mentium Solem. Namque Beata* In eius vita. *Iuliana ob ardentem ſuam erga Ieſum flammã, merita eſt, vt in nuda ipſius carne circa cordis ſedem expreſſa cerneretur imago Chriſti pendentis è Cruce. Quo tanto munere gloriari potuit, contigiſſe ſibi id, quod inclyta illa Can-* Cant. cap. 8. n. 6. *ticorum Sponſa concupiuerat;* Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: *Id enim ſignum, eamque diuini amoris notam membris ſuis excepit.*

DE

DE SINGVLARIBVS alijs donis.

Caput X.

NVNC humanos ego ſenſus ita alloquor; cur nam vos inhoneſta, et fœda tantoperè eſuritis, cùm menſa vobis alia parata ſint cibis referta ſuauiſſimis, qui omnes animi veſtri partes nutrire queant abſque vlla corruptione, et labe? Coronati floribus colles, arua conteſta odoratis herbis, opaca ſiluarum, et ſalientes aquæ, nonne receptacula veſtra dici poterant, amœnique receſſus ad quietem parati? Enimverò ſi rectæ rationi fidos vos, obedienteſque ſeruos præbueritis, præmia expectatote etiam in hac vita largiora multò, ſicuti iam palam ſiet. Lyduuina Batauа virgo, cuius antea mentio facta nobis erat, per octo, et viginti annos iacuit omnibus cooperta morbis, quos ferè pati corpus humanum poßit. Ea nihilominus, et manibus, et corpore toto caleſtes odores afflabat, eaque perpetua ſuauitas manabat, vt intelligerent omnes, minimè humanum eſſe negotium, neque ex luto mortalitatis prouenire. Coleta autem virgo, cuius altæ virtutes ipſius nomen aliquoties iam noſtris hiſce litteris inſer-

Ioan. Brugman. in eius vita.

Steph. Iuliac. in eius vita cap. 19.

uere, tanta erat ſuauitate odoris, vt circumfuſus virgini aer odore illo latè compleretur. Si quid ex corporis alimentis redundaret, citra moleſtiam, iucunditatemque erat, et illius cellam, aromatum eſſe hortos dixiſſes. Planè ego crediderim, virgines haſce puriſſimas, fuiſſe primas omnium ad ſolatia eiuſmodi perfruenda, quæ Sponſi cælesti manu in alios deinde largè diſpenſabantur. Ideo illæ vitam agere perpe-
Cant. cap. 7. n. 11. & 12. *tuò debuerunt vnà cum Sponſa, quæ per hortum illum ab Salomone deſcriptum, in ſingulos gradus, paſſuſvè, flores, herbaſque ſuauiſſimè fragrantes calcabat. Narrabo id, quod*
Pſalm. 77. n. 29. *oſtendere vobis poßit, quemadmodum Angelorum quodammodo menſa deſcenderint è Cælo nutriendis mortalibus, quos Deus amaret. Sancta Lutgarda, quæ floruit anno ſalutis, milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, tanta iucunditate perfundebatur in precando, ſicuti apud Thomam Cantipratanũ eſt, vt cùm aliquando intrà paruum probæ femina tuguriolum precationi intenta eſſet, feminam illam, quæ ibi vnà ſedebat, excitaret, affareturque ita. Vide, ſoror, quanta ſit diuinæ benignitatis erga nos magnitudo; namque ex interiore abundantia ſuauitatis, ſtillant digiti mei liquorem inſtar olei. Quàm aptè cadebat in Lutgardam Can-*

tico-

ticorum illud; Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Cant. cap 5. u. 5.

QVIBVS SIT AMABILE Mori.

Caput XI.

SED cùm ſatis multa de iuſtorum vita retulerimus, conſentaneum videtur, eorundem quoque mortes conſiderare, priuſquam Operi huic ſuſcepto finis imponatur. Mortis autem nomen, argumentumque hoc non minùs aptum erit ad nutriendam lætitiam, eamque in contemplantium animis excitandam, quàm fuerint ea, quæ hactenus à nobis tractata ſunt. Namque iuſtorum ex hac vita diſceſſus, veluti receptus quidam eſt in [A] *aſilum, hoc eſt in* [B] *Terram inuiolati ſoli; vbi poſt varias ærumnas tutiſſima ſit quies; vbi etiam ex diuturna Maris* [C] *iactatione, vicini portus adſpiciantur.*

A Tertull. in Apolog.
B Ioſue cap. 10.

Mors [D] *iuſtorum, ſi contemplemur vtilitatem, et bona, quæ ipſi affert, nox eſt illa, quam ipſis multorum dierum voluptatibus anteponunt.*

C M. Tullius de Senectute.
D M. Tull. Tuſc. prima de contemnenda Morte.

DE ANGELORVM poſt noſtram mortem officijs.

Caput XII.

VIDENDVM eſt igitur, quomodo mortes, atque obitus eiuſmodi glorioſi fuerint, et quomodo pluribus modis eos Deus ipſe honeſtarit. Anima Comitis Bernardi, qui Beatæ Matildæ temporibus æqualis fuit, apparuit Matildæ ipſi, itavt diù familiariſſimè inter ſe colloquerentur. Videbat Matilda ſplendidiſſimos duos iuuenes cingentes animã eam, quaſi comitarentur, cùmque percunctata eſſet, quinam illi eſſent, reſponſum accepit hiſce verbis: alter horum iuuenum Angelus eſt ille, cuius cuſtodiæ tradita fueram, dum in vita iſta mortali commorarer, alter chori eſt illius, intra quem recipienda ſum. Matildæ autem huius, quia mentio deinceps facienda eſt, ſciri oportet, Monacham eam fuiſſe monaſterij eiuſdem, in quo Beata Gertruda vitam egit; fuitque virgo mirificè cumulata cæleſtibus donis, atque Cantatricis ex eo nomen inuenit, quia ſupra cæteras arte illa excellebat. Docet hæc viſio, Beatorum animas nequaquam referi ſemper in

In vita B. Matildæ lib. 5. cap. 8.

Inſinuat. Diui. Diuinæ Pietat. lib. 1. cap. 4. Et in præfat. Ioan. Lanſpergij in vitam B. Matildæ.

illos

illos Angelorum choros, in quibus Angeli earum Cuſtodes deguit. Atque ita euenire poterit, vt anima quæpiam extollatur in altiorem Cæleſtis gloriæ gradum, quàm Angelus teneat ille, cuius cuſtodia commiſſa fuerat. Adeò larga eſt, et liberalis Numinis manus vermi huic attollendo. Quòd ſi cæleſtes illi Spiritus, veluti internuntij, ductoreſque animarum diuinitus huc deſcenderint, vt animas ipſas illuc traducant, credibile eſt, id fieri Angelorum omnium etiam conſenſu, qui chorum eundem tenent. Quanta igitur gratulatio fiet, quantaque conſurrectiones, et quanta comitas erit inter alumnos illos, et familiares ſupremæ Aulæ erga Beatas iſtas animas? Iſta quidem erga Comitem Bernardum benignitas, et ſignificatio beneuolentiæ nonne tam ſuauis, et iucunda fuit, quantum aſſequi cogitando quiſquam poſſit? Qui ſenſus, quivè ſermo fuiſſet Iobi, Iob cap.14. n.1. *ſi talia quædam illi nuntiata eſſent, tunc cùm miſerias Adami nepotum fusè perſequeretur?*

DE IVCVNDISSIMO nonnullorum obitu.

Caput XIII.

INTVENTIBVS verò communem legem, atque conditionem, cui obnoxia omnium vita eſt, ſiuè ratione præditorum animalium, ſiuè pecudum, mirari ſanè licet illud, quòd morientes nonnullos tanta lætitia ſecuta ſit. Scilicet eius lætitiæ cauſa erat certiſſima ſpes, et fides, qua ſpe, et fide futura ſua bona proſpiciebant. Atque tanta nonnullis fuit ea ſpes, et
In eius vita. *fides, vt Beata Humiliana Florentina diceret, adeò ſe exploratam habere diuina deſtinatione ſalutem, vt ne Angelis quidem creditura eſſet, ſi ſecus affirmare voluiſſent. Ac ſicuti temeraria ea fuiſſet opinio, ſi animi tantùm ſui coniectura, et exiſtimatione niteretur: ita cùm eiuſmodi ſpes, atque cogitationes diuinitus immittuntur, ſiue ſpiritu præſagiente, ſiue reuelatione facta, tunc neque damni quidpiam inde pertimiſcendum eſt, neque reprehendendi qui talia ſequuntur, et admittunt, quemadmodum*
In eius vita. *Humiliana illi euenire potuit. Sed inter Beatas iſtas feminas, Angela præſertim Fulginas certiſſima, et maxima ſimul pignora Cæleſtium gau-*

Digitized by Google

gaudiorum habere viſa eſt. Multos illa, varioſque toto vitæ ſuæ curſu cruciatus pertulerat, cùmque finis appropinquaret, Diuinam hanc vocem audiuit: non placet nobis, venire te cum iſto cruciatuum comitatu, ſed cum inenarrabili potiùs lætitia, quali habitu deduci Regiam Sponſam diutiſſimè dilectam, atque expetitam decet. Ea cum dicta eſſent, oſtendebat illi Dominus tunicam, non purpuream illā quidem, aliove pretioſo filo contextam, ſed factam totam ex mirifico quodam lumine. Simul æterni Verbi voces iſtas audire illa videbatur. Huc veni, Dilecta mea, Sponſa mea, Dilecta verè, et amata, huc veni, quia Sancti te omnes iucundiſſimè expectant. Lætiſſima item mors fuit, quam Beata Matilda diuinitus à ſocietate corporis alienata, vidit obtingere feminæ vni ſanctiſſimæ, quæ cùm in monaſterio ætatem egiſſet, eſſetque in morbum lapſa vltimum, Matildæ ipſi hæc ſpecies oblata eſt. Videbat animam illam ante Dominū ſtare flexis genibus, Dominumque ipſum oſtendere illi rubentes ſuas plagas, quas ipſa iucundè ſalutaret. Hinc cùm ſacro ad extremam luctam oleo inungenda eſſet, Angeli duo prodibant peluim ferentes cum ea ſignificatione, ac myſterio, tamquam ſordes omnes illius eluerentur. Mox accedens ad

In eius vita lib. 5. cap. 1.

agro-

ægrotam Dominus, ab latere vno lectuli ſtabat, Virgo Deipara ſtabat ad eiuſdem lectuli caput. Cumque ſacerdos Sanctos nominatim omnes inuocaret, ægrotam ipſam Dominus ſigno Crucis ter muniebat, pronuntiabatque verba hæc: Benedicimus tibi, vt corpore, animoque ſancta ſias. Quoties autem in recitanda per ſacerdotem precatione, Deiparæ nomen inciderat, illa ægrotam Filio ſuo offerebat cùm huiuſmodi verbis. Offero tibi hanc, vt in complexu tuo æternùm degat. Quoties item inciderat Sancti alicuius nomen ex eorum numero, qui ibi apparuerant, venerabundi ipſi pro ægrota Deum precabantur. Sacræ vnctionis munere per Sacerdotem abſoluto, Matrem ſuam Dominus ita alloquebatur. En Sponſam hanc tibi commendo, quam puram, atque immaculatam deinde ſiſtas mihi. Haud dubiè riſus amœniſſimus illius mentis, quæ mox in empyreum Cælum ſe eſſe recipiendam videbat, longè ſuperauit meſſorum gaudia, dum graues legunt ſpicas, victorumque lætitiam, dum ſpolia diuidunt, et vindemiantium cantus; quæ varia genera lætitiæ in Prophetarum litteris expreſſa leguntur. Sed quænam gaudia, ſolitariæ mentes, poterunt certiora, et manifeſtiora eſſe, quàm vbi vita claudetur ineundo ſuauiſſimos modos ad cantus

Iſaiæ cap. 9. u. 3.

Ibid cap. 14. u. 7. & 9.

illius

illius ſimilitudinem, quem Beata Maria Oegniacenſis edidit, cùm ipſa moreretur anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio. Ea cùm exceſſum appropinquare ſuum ſentiret, per tres ante dies, totidemque noctes, ſubmiſſa voce latiſſimos exorſa cantus, Deo, Virginique Mariæ, et Angelis, Sanctiſque alijs Tutelaribus ſuis gratias agebat. In eo cantu dimenſio certa notarum erat, aptumque melos, et ſingula verba in buccam ei fluebant, tamquam ipſa curſim abſque mora, impedimentove vllo dictaret. Atque per totum illud melos, videbat, ſicuti illa narrauit, Seraphinum vnum expanſis alis pectori ſuo imminentem, ſenſaque, et verba ſingula immittentem. Exacto triduo, petijt vtì deportaretur in templum; id quod factum eſt, delataque illuc ſuper lectulo ſuo, totam fermè noctem, qua inſecuta eſt, exegit ſumma cum exultatione, canens feſtum illud, Alleluiah. *Quam ſæpe vocem ingeminando, lucida, et candida facie expirauit. Quid vos nunc dicitis, ò fidi aſſeclæ, et ſtipendiarij terrarum Orbis? Quid vos nunc, ò viliſſima Dæmonum mancipia? Qui tandem vobis eſt ſenſus de tali obitu Seruorum Dei? Dicetiſne adhuc, ſimplices, et fatuos, et obſtinatos, et inutiles eſſe, et moroſos, et ſenſu, menteque carentes? Taleſne*

Iacob. de Vitriaco in eius vitæ, lib. 2. cap. 11.

Sapien. cap. 5. v. 4.

Tertull. in Apolog.

vitæ

vitæ exitus contingunt amicis veſtris, hoc eſt illis, qui mores, et inſtituta veſtra nimia ſimilitudine referunt? Taliſne cantus ipſorum eſt? Taliſne præ ſumma dulcedine fletus in extremo articulo vitæ?

PRÆCIPVA QVÆDAM
æternæ vitæ.
Caput XIV.

CVM iam ad finem huius tertij Libri peruenerimus, iamque deceat ſilentio claudere inſtitutam hanc diſputationem de iucunditatibus æternæ vitæ, quas Serui Chriſti fide, et ſpe inuiolabili expectant, nihil aliud nobis faciendum eſſe videtur in tanta bonorum abundãtia, quàm vt paucos quoſdam vuæ racemos vobis oſtenda-
Deut. cap. 1. u. 14. *mus, ſicuti fecerant olim illi, qui Gentem Iſraelitarum inuitabant, vt ad promiſſæ telluris inueſtigationem accingerentur; idque fiet à nobis, quò magis explorata ſit vnicuique felicitas Cæleſtis illius Terræ. Atque fiet etiam ſimile*
Plin. hiſt. lib. 35. cap. 10. *quiddam à nobis, quod Græcus ille pictor excogitarat, qui vt oſtenderet quanta eſſet vaſtitas Gigantis, quem ipſe pingere inſtituerat, quen-*

dam

dam alium pinxit, qui digitum metiendo vnũ, eiuſque digiti longitudinem oſtendendo, reliquam ſimul immenſi coloſſi magnitudinem oſtendebat. Gertruda, de qua memoratum eſt, narrat, cùm aliquis ex Ordinis ſui præfectis mortuus eſſet, precantem ſe pro ipſius ſalute, cognouiſſe diuinitus, quemadmodum anima illa ſalua eſſet, ſimulque cognouiſſe, quemadmodum anima eadem non ſolùm illuſtrium meritorum communia præmia conſecuta eſſet, ſed etiam præcipua quædam alia ob res minimas obtinuiſſet; quæ minimæ res fermè erant huiuſmodi. Promptus ei præfecto ad beneuolentiam animus erat, geſtiebatque puriſſimo animo quoties laudabiliter aliquid geſſiſſet. Tanta illi manſuetudo erat, vt infantibus blandiretur, ægrotoſque recreare vellet, porrigendo pomum, aliquidve aliud honeſti ſolatij cauſa coram ipſis agendo. Cognouit igitur Beata Gertruda, minutiſſimis etiam illis meritis præcipua eſſe præmia perſoluta. Non eſt mihi faciendum, vt ſtoliditatis et inſcitiæ damnare videar eos, in quorum manus iſta peruenerint, petendo ab ipſis, et enixè rogando, vt conſiderare velint, quanta futura ſint in Cæleſti Regno præmia largis eleemoſynis, ieiunijſque, et flagellationibus, et effuſo ſanguini, et obitæ morti in gra-

T tiam,

Inſinuat. Diuinæ Pietatis lib. 5. cap. 3.

tiam, honoremque Saluatoris. Legimus enim, cùm Beata Gertruda ex hac vita diſceßiſſet, patefactum fuiſſe piæ cuidam feminæ ſtudioſæ illius, præcipuæ gloriæ munus obtigiſſe illi in dextra pectoris parte, quia in ea parte graui morbo cōflictata fuiſſet, atque in ea parte ſplendorem quendam emicuiſſe præcipuum, ſpeciemque gemmarum eſſe conſpectam. Et quoniam linguæ vſum amiſerat, oſculum ei Saluator dedit, quo accepto oſculo, in Patria cæleſti prodibat ex ipſius ore ſplendor ad fulguris imaginem, idque ſummo cum gaudio Cælitum aliorum. Quid erit cauſæ, quò minus piorum animis creſcat benemerendi amor, cùm hæc facta eſſe cognoſcant? Hoc etiam addemus. Beata

In eius vita lib. 2. cap. 51.

Matilda per Ecſtaſim audiuit talia ſibi dicentem Dominum; Adſis, et vide minimum Sanctorum, qui Cæleſtem hanc patriam tenent. Continuò prodijt vnus in veſte viridi, criſpo capillo, partim viridi, partim albeſcente, mediocri ſtatura erat, et ſatis liberali facie. Matilda compellauit, quiſnam hominum eſſet: tunc ille latronem ſe fuiſſe vnum retulit, promptum ad ſcelera omnia, qui vix aliquid vnquam honeſtè feciſſet. Rurſus illa: quiſnam igitur te deduxit ad hæc gaudia? Reſpondit: ſcelera, actioneſque meæ perucrſæ magis

con-

Digitized by Google

conſuetudine quadam, et ignoratione diuinarum legum admittebantur, quàm culpa alia ſubeſſet. Fueram enim à parentibus meis incurioſè educatus, et circa vitæ finem, miſericordiam huiuſmodi conſecutus ſum. Nunc cogitemus, quàm amplum futurum ſit Miſericordiæ mare, quantaque futura ſit in vos liberalitas, ò ſolitariæ mentes, ſi ad Diuinam Miſericordiæ magnitudinem labores veſtros multos, meritaque, et lacrymas, et amatorios erga Deum affectus adiungetis.

QVÆ CAVSÆ FVERINT talia conſcribendi.

Caput XV.

I*AM finem attigere ſuum Libri iſti noſtri, ſicuti vos intelligere iam poſſe arbitror, quos Ieſus Chriſtus amore ſuo præcipuo dignatur, ſitque Diuino nutu iam, vt minimè ſim oblitus verbi, quod initio poſueram, cùm dicerem, propoſitum eſſe mihi, vt veſtrum animum recrearem, abduceremque, quantum per me fieri poſſit, ab omni humili, et abiecto ſenſu, ac præcipuè ab dolore, metuque turpi, et ab omni*

Digitized by Google

etiam inani lætitia. Nunc id ipſum affirmando, quod initio propoſueram, dico inſuper, ſtuduiſſe me, vt aliam quandam vobis vtilitatem afferrem, atque optaſſe magnopere, vt ſpem meam exitus aliquorum comprobaret. Vtilitas autem ea eſt huiuſmodi. Animaduertere videor, conſiderationes, et meditamenta iſta non ſolùm afferre poſſe fructum hunc, vt erigatur animus ad cognoſcendum, laudandumque Deũ, gratiaſque ei agendas, ſed etiam ad excitandum in animo veſtro motum eum, qui contritio appellatur; qui motus difficillimè excitatur. Nam iuſtorum etiam quotidie querelæ audiuntur, quòd ob omiſſas culpas ſatis dolere non poſſint, dolentque hoc ipſo, quòd lacrymæ ſibi deſint, quòdque perfectum reperire dolorem nequeant. Poterit igitur facilè quilibet ſtatuere, an Libris iſtis inſit magna copia rerum, ſententiarumque illarum, et locorum, qui perfectum, et verum commouere dolorem poſſint; qui ſanè culparum in Dei offenſione dolor apud mentes hominum iam propè ſepultus eſt, contra quàm oporteret. Ac poterunt iucunda hæc alloquia, narrationeſque monere quemlibet, nihil aliud eſſe culpam, et peccatum, quàm iniuriam erga illum, qui genus hominum tot modis, tanta familiaritate dignatus eſt, cumulando

lando illi tot diuinos, humanoſque honores, quos ſcripta hęc noſtra declararunt.

Digitized by Google

RERVM MEMORABILIVM INDEX.

A

ABRAHAMI contemplatio circa res naturales. 41
Adamantis durities. 52
Adamus primus contemplator rerum naturalium. 40
Ægyptij Lini fila. 59
Ægyptiorum Hieroglyphicæ notæ. 101
Ætnæ montis iucunditas. 84
Agneti Virgini oblati flores. 33
Eius veſtis conſperſa albedine. 34
Eius ſuauitas & cibus. Ibid.
Cibi dulcedo. Ibid.
Comparatio cum manna. Ibid.
Alcinoi Horti. 86
Ambroſij Silua. 87
Amoris diuini vis, & vbertas. 6. & ſeq.
Erga animam. 8
Comparatio cum humano. 9
B. Angelæ Fulginatis colloquium cum Spiritu Sancto. 7
Cum Deo. 10
Lætitia. 108
Solatia. Ibid.
Ægritudines. 128
Ei inferuit Dominus. Ibid.
Mors. 140
Angeli varijs formis apparent. 121. & ſeq.

An-

Angelorum præſentia. 116
Officia poſt noſtram mortem. 138
Anguium origo. 96
Animalium lætitia. 88
Comparatio cum homine. Ibid.
Annuli oblati diuinitus. 31. 32
Quid in ijs veteres Chriſtiani inciderent. 122
S. Antonij iucunditas. 105
Aquarum venæ. 53
Arborum inſtinctus. 52
Diſpoſitio. 59
Archangelæ cuidam annulus oblatus diuinitus. 32
Artium nonnullarum origo. 63
Auctor quos alloquatur. 1.3.& 4
Cur hoſce Libros ſcripſerit. 147.& ſeq.
Auctores, qui de extaticis ſcripſerunt, quantū faciendi. 28
Auguſtini ſedes ad animum recreandum. 87
Auicularum ſenſus. 56
Auium lætitia. 88
Cantus. ibid.
Volatus. ibid.

B

Babylonica captiuitas, quomodo recreata. 3
Bellatorum duorum iucunditas. 107
Bellionis fibræ. 59
Beneuenutæ cibus cæleſtis oblatus. 29
Bernardi Comitis anima Matildæ apparet. 138
Beneuolentiæ ſignificationes in eum è Cælo. 139

C

Canis Vlyſſis. 92
Canum lætitia. 92
Canticorum horti. 67
Captiuus Populus quomodo recreatus. 3
Caſtanearum echini. 60
B. Catharinæ Bononienſis lætitia. 110
B. Catharinæ Adornæ colloquia cum plantis. 81
Catharinæ Conuerſæ cum Maria Magdalena colloquia. 18
Viſio. 116
B. Catharinæ Genuenſis feruor. 12
Reuelationes, & cæleſtia munera. ibid.

Nimia

Nimia anxietas. Ibid.& ſeq.
Riſus. 27
Caſſiſſiacum, ſedes Auguſtini. 87
Celebratum ab eodem. Ibid.
Caſſiani mœrores, 112
Cæleſtia dona quomodo compenſentur. 21
Cæli ambitus. 42
Magnitudo. 45
Cibus cæleſtis oblatus Beneuenutæ. 29
Quomodo deſijt. Ibid.
Quomodo nutriat. Ibid.
Cicadæ ſtrepitus. 52
S. Colectæ viſio. 121
Odor. 136
Cella. Ibid.
Columbæ Eſtaticæ riſus. 27
Colorum pulchritudo. 64
Concharum deſcriptio. 49
Contemplatio Patriarcharum circa res naturales. 40
Abrahami. 41
Iſaachi. Ibid.
Chriſtalli fragilitas. 53
Culicum increpationes. 52
Cupreſſus pulchritudo. 65

D

Danielis Abbatis mœrores. 112
Daphne nemus. 83
Celebre hominum concurſu. Ibid.
Concurſus ad eum reprehenſus à S Chryſoſtomo. 84
Dauidis meditatio circa res naturales. 80
Dæmonis mœrores. 113
Delphini lætitia. 93
Dei lætitia. 104
Deus donator liberaliſſimus, & iuſtus Iudex. 32
Diogenis laterna, 6
Dolor medicina doloris. 114
Domorum fabrica vnde. 63

E

Eſtaticæ vnius incendium. 15
Eius incendij remedia. Ibid.

Viſiones, & iucunditas. 124
Ecſtaticarum nonnullarum dulcedines, & amaritudines. 10 & ſeq.
Ioci, & viſiones. 18. & ſeq.
Morbi. 22
Moleſtiæ. 22
Timores. Ibid.
Spes. Ibid.
Solatia. Ibid.
Colloquia cum Deo. 23
Riſus. 26. & ſeq.
Elementorum vtilitas. 42
Inſtinctus. 52
Conflictatio. 96
Eliſabethæ Luſitaniæ pecuniæ conuerſæ in roſas. 19
Eliſabethæ ſororis Regis Echerberti gaudia. 121
Eliſabethæ filiæ Pannoniæ Regis cantus. 123
Ægritudines. Ibid.
Lucidiſſimus adſpectus. 134
Equi lætitia. 95
Eremitæ Gerardi cibus. 30
Facies. 31
Pinguedo. Ibid.

F

Fabulæ Gentilium. 28
Familiaritatis Diuinæ cauſæ. 11. & ſeq.
Familiarum interitus. 51
Firmilianus Iudex. 108
Flores è Cælo oblati Ioannæ Crucea. 33
Quid ſignificarent. Ibid.
Oblati e Cælo Agneti Virgini. Ibid.
Eorum honos, & pretium. Ibid.
Ortus. 65
Foliorum varietas. 47. & ſeq.
Fontium venæ. 52
Comparatio cum cryſtallo, & adamante. 53
Vtilitas, & commoda. 54
Exuberantia. Ibid.
Ad eos Paſtoritiæ puellæ curſus. 54
S. Franciſcæ Romanæ gaudia. 111

Gem-

G

Gemmarum pulchritudo. 65
Gemmas eſſe matronis lictorum inſtar. 133
Gerardi Eremitæ cibus. 30
Facies. 31
Pinguedo. 31
Amicitia cum Lyduuina virgine. Ibid.
Gertrudæ ſtirps. 19
Solatia, & blanditiæ. 19
Viſiones. 19. & ſeq. 109. & ſeq. 145.
Exuberantia Gratiæ cæleſtis. 21
Virtutes. Ibid.
Nomina varia. 131
Obitus. 146
Gigantis vaſtitas quomodo oſtenſa. 144
S. Gregorij Nazianzeni meditatio circa res naturales. 74. & ſeq.

H

Hermanni Eccleſiæ Steindelnenſis Canonici familiaritas cum Sanctis Tutelaribus. 125. & ſeq.
Præſertim cum S. Vrſula. ibid.
Viſiones. 126. 131.
Subſidia è Cælo. 129
Vena brachij fundentis ſanguinem, clauditur. Ibid.
Is Ioſephi nomine appellatur. 132
Hirundinum ſenſus. 58
Hominis comparatio cum animalibus. 88
Hortus Salomonis. 67
Horti apud Nyſam vrbem. 85
Alcinoi. 86
Ab Horto egreſſus Cyprianus, ad martyrium tendit. 86
B. Humilianæ Florentinæ obitus. 140

I

Ioanna Crucea. 33
S. Ioannis Chryſoſtomi meditatio circa res naturales. 71 & ſeq.
Nomen vnde. 71
Iobi meditatio circa res naturales. 80
Iouis Ammonis Templum. 82

Iridis pulchritudo. 65
Iſaachi contemplatio circa res naturales. 41
Iſaachi Syri iucunditas. 106
B. Iulianæ corporis pars inſignita imagine Chriſti. 134
Iuſtorum honores. 115
Singularia dona. 135

L

LÆtitia cæleſtis deſideranda. 35
Deſignata ſub Iſaachi perſona. 36
Cui propriè conueniat Ibid.
Eius quàm liberalis Deus. Ibid.
Quæ deſignetur. 38
Animalium. 87.& ſeq.
Equi. 91
Canum. 92
Canis Vlyſſis. 92
Maris. 93
Martyrum. 108
Martyris vnius. 108
B. Catharinæ Bononienſis. 108
B. Angelæ Fulginatis. 108
Lætitiæ honeſtæ cauſæ. 108
Libri Tobi lectio cur inſtituta. 3
Libri Salomonis de rebus naturalibus. 41
Librorum Canticorum amœnitas. 67.68
Cur ſcripti. 68
Lini Ægyptij fila. 59
Loca amœniſſima quæ. 81
S. Lutgardæ odores. 136
Luſciniæ cantus. 90
Lyduuinæ deſiderium recuperandi amiſſa dona. 34
Gaudia. 111
Morbi. 135
Odores. ibid.

M

MAcarij iucunditas. 106
Mariæ Magdalenę cum Catharina Conuerſa colloquia. 18
Mariæ Ogniacenſis dulcedines, & amaritudines. 10
Gaudia. 111.135

Fami-

Familiaritas cum aliquibus Sanctis. 125
Obitus. 143
Maris quies turbata à ventis. 53
Nauigatio vnde. 61
Pulchritudo. 66
Lætitia 93
Mathematicæ origo. 63
Matildæ anima Comitis Bernardi apparet. 138
Viſiones. ibid. 141.146
Cantus. ibid.
Matronis margaritas, & gemmas eſſe lictorum inſtar. 133
Medicinæ origo. 63
Montis Ætnæ iucunditas. 84
Mori quibus amabile. 137
Mors nonnullorum iucundiſſima. 140
Mundus cur creatus. 39
Mundi duo. 47

N

NIuis copia. 50
Noctis vtilitas. 95
Nomina pijs hominibus data. 136. & ſeq.
Nubeculæ percuſſæ radijs Solis pulchritudo. 65
Nyſæ Vrbis deliciæ. 85

P

PAtriarcharum contemplatio circa res creatas. 40
Perennitas rerum creatarum. 51. & ſeq.
Philomelæ cantus. 90
Piſcium multitudo. 50
Potentiæ Diuinæ vis in omnibus rebus. 55. & ſeq.
Præſentia Diuina in omnibus rebus. 23
Prouidentia Diuina certiſſimum teſtimonium. 56
Regimen. 57
Pythagorici amatores ſolitudinis. 98

Q

QVercus pulchritudo. 65

Res

R

RES creatas non eſſe inſtrumenta mœroris. 94. & ſeq.
Rerum creatarum bonitas. 42
Magnitudo. 44
Numerus. 46
Perennitas. 51
Pulchritudo. 64
Quid ſit. Ibid.
Colorum. Ibid.
Iridis. 65
Nubeculæ percuſſæ radijs Solis. 65
Gemmarum. 65
Pinus. 65
Quercus. 65
Cupreſſus. Ibid.
Nonnullorum corporum. 133
Reuerentia erga res ſacras. 32
Riſus cæleſtis qui. 26
Animi. Ibid.
Corporis. 27
Catharinæ Genuenſis. 27
Ecſtaticæ cuiuſdam. 26
Columbæ Ecſtaticæ. Ibid.

S

SAlomonis libri de rebus naturalibus. 41
Hortus. 67
Sancti Tutelares. 124
Sanctorum honores. 115. & ſeq.
Familiaritas cum nonnullis. 125
Schola Eſſena amatrix lætitię. 107
Pythagorica. Ibid.
Sibyllarum folia. 101
Solis expoſtulatio cum genere humano. 61
Solitaria vita. 2
Solitariorum felicitas. 2
Duo genera. 2. & ſeq.
Solitarius quinam perfectus. 4
Qui verè ſit, licèt non videatur. 4
Eius vita qualis. 5

Lætitia. 6
Solitarij ſimiles arbori Vangæ. 99
Solitudo vera animi pax. 97
Oportunitas. 99
Eius amatores Pythagorei. 98
Noctis inſtar. 99
Eius comparatio cum Vrbibus. 99
Sanctorum deliciæ. 100
Spinarum origo. 96
Stellarum magnitudo. 45

T

TEmpe miracula. 83
Templum Iouis Ammonis. 82
Tenebrarum adſpectus. 94. & ſeq.
Vtilitas. Ibid.
Terræ benignitas. 43. & ſeq.
Theſauri hominis cauſa abditi. 50

V

VEnenorum origo. 96
Ventorum ſenſus. 58
Alæ. Ibid.
Partitæ vices, & munera. Ibid.
Prælia cum aquis. 53
Veris facies perpetua vbi. 82
Veſtium origo. 63
Viſiones coniunctæ riſu. 25
Vitæ æternæ præcipua quædam. 144

Z

ZOna torrida. 114

IMPRIMATVR.

Inquiſitor Mediolani.
Anton. Ruſca Can. Ord. Theol. pro Reuerendiſs. Capitulo Sede vacante.
Comes Maioragius pro Excellentiſs. Senatu.

Errata ſic corrigito.

Fol. 3. lin. 1.	folatia	dele	
38	1	admirabilius	admirabilibus
50	3	diſſijmili	diſſimili
56	1	ſtrumenta	inſtrumenta
70	1	drupedes	quadrupedes
63	15	de	des
121	2	etiam	etiamſi
123		in marg.	cap. 28.

Cætera prudens Lector dijudicabit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google